

2.K  
417,  
2.

*Ern. Fuder. Wernsdorffii*



RECTOR  
VNIVERSITATIS VITEMBERGENSIS  
DANIEL  
WILHELM  
TRILLER

PHIL. AC MEDICINAE DOCTOR  
ET PROFESSOR PVBL. PRIMARIVS  
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI POLONIARVM  
REGIS PRINC. ELECT. SAX. CONSILIARIVS  
AVLICVS ACADEMIAE SCIENT. BONONIENSIS  
SODALIS

*CIVIBVS ACADEMICIS*

S. P. D.

ET






AD SACRA IESV CHRISTI NATALITIA  
PIE CELEBRANDA  
INVITAT









DE  
**ORIGINIBVS SOLLEMNIVM NATALIS**  
**CHRISTI EX FESTIVITATE NATALIS**  
**INVICTI**

---



olentibus nobis, veteri more institutoque academico, indicere memoriam nati Iesu his diebus recolendam, nihil in mentem venire potuit, cuius tractatio, et huic ipsi tempori pietatique, quam eidem debemus, adcommodatior, et lectoribus ad cognitionem amoenior, et nobis denique ad honestissimam animi uoluptatem iucundior esset, quam si, repetitis antiquitatibus christianis, quarum studio mirifice semper flagrauimus, de *Origine istorum Natalis Christi sollemnium* quaedam, non ita fortasse ab aliis explicata, disputaremus. 1) Quum autem duo maxime quaeri possint, primum, qui dies et mensis natali Christi antiquitus consecratus fuerit, alterum, quibus eundem sollemnibus tunc celebrarint: quoniam utraque haec quaestio iam discussa est a magni nominis Theologo, quem nuper mors nobis abstulit, 2) alteram quidem istam

1) Agunt de ea re, sed alio modo et consilio, scriptores omnes, qui historiam festorum dedere: RODOLPHVS HOSPITIANVS T. II. Opp. l. III. p. 168. IAC. GRETSERY lib. II. *de festis Christianior.* p. 216. IOH. ANDR. SCHMIDIYS *Hist. festor. et dominicar.* in 8. ed. p. 51. ADR. BAILLET, LVD. THOMASSIN, et alii, quos magno numero collegit ac percenset IOH. ALB. FABRICIYS *Bibliograph. antiquar.* p. 327.

2) B. SIG. IAC. BAYMGARTENIO,

quem prae aliis huius argumenti scriptoribus laudandum duximus, in Progr. *Haec* 1738. P. P. *de sollemnium Christo nato sacrorum originibus.* Edidit autem praeter ea beatus Vir duo alia Progr. quae hic conferri merentur, nimirum a. 1740. *de mense dieque memoriae Christi nati antiquitus consecrato,* et a. 1743. *de sollemnibus, quibus memoria Christi in lucem editi, antiquitus celebrata est.* Exstant et in *Collectione Progr. Baumgart. Bakiana,* ubi primum illud ordine quintum legitur.



4 DE ORIGINIB. SOLLEMN. NATALIS CHRISTI

ftam relinquemus, alteram inde illuftrabimus, ut *gentilium feftiuitate natalis inuicti*, quae faeculo P. C. N. IIII. Romae adhuc obtinuit, hanc *Natalis Chrifti follemnitate* inuectam effe, oftendamus.

Illud igitur fati constat, neque Chriftum eo die natum effe, quo natalis eius hodie celebratur, neque ueteres, quod in hunc diem follemnita haec conftituerunt, eo illum pro uero natali Seruatoris accepiffe, aut etiam haberi uoluiffe. Scriptores facri, diem nobis, ut credibile eft, fapientiffimo confilio reticuerunt. Neque Apoftolos quidquam de eo Chriftianis coram praecepiffe oportet, quum, qui eorum tempora proxime attingebant, iis plane dies ille incognitus fuit, et faeculo P. C. N. II. *πεπεργότερον* quidam in eum inquirendum putarunt. Per tria quidem prima faecula non legimus, eum in ecclefia feftum ac follemnem fuiiffe, neque cauffas, quare tum Chriftianis ab eius celebratione fe abftinuerint, ignoramus. Ut adeo, etiamfi ante cognitiffimus fuiiffet, eius tamen certa memoria, longinquitate temporum, fi non penitus interire, at facile potuerit obfcurari. Orientis Chriftiani, qui uerum diem et tempus natalis Chrifti rectius, quam Occidentales, uidentur fcire potuiffe, memoriam nati Chrifti et per Iohannem baptizati, primum coniunctim die VI. Ianuarii mensis, deinde, recepto more romano, natalem Chrifti feperatim die XXV. Dec. celebrarunt. Sed, quum neque euangelica de natiuitate Chrifti nar-

ratio

1) Obferuat ANT. PAGE *Crit. in Annales Baron.* T. I. p. 58. *dies feftos Chrifti, deiparaeque Virginis, item anniuersarios in martyrologiis fignatos, non femper cum diebus illis congruere, in quibus, quae recoluntur, euenierint: in id enim praecipue incubuiffe ecclefiam, ut repraeferuata myfteria, temporum opportunitate conftabilita, ita a fidelibus celebrarentur, ut in fidei potius morumque prouentum, quam in praecipiam dierum obferuationem collinearent.* Prolixus eft in argumento hoc illuftrando F. M. FLORENTINVS ad *uerf. occ. eccl. martyrolog. Hieronymiana* p. 199.

2) In aliis quoque rebus eadem, aut fimili, ratione uerfati funt. De Gregorio Thaumaturgo narrat GREGORIVS NYSSENSIS: *Συνδῶν, ὅτι τὰς ſαμμετικὰς θυμηδίας, τῇ περὶ εὐαγγελίου πλάνῃ παραμίσει τοὺς πατέρας τῶν πολλῶν καὶ ἀπαίδευτον ὡς αὐτὸ προσηγμενον τῶν ἐν αὐτοῖς μαλιστα κατεργασθεῖν τὸ πρὸς θεὸν ἀπὸ τῶν ματαίων ſιβασμάτων βλέπειν, ἐπαφῆκεν αὐτοῖς, τὰς τῶν ἁγίων μαρτύρων ἐμφανιροῦντας μετῆμαις καὶ ἐνπαθεῖν, καὶ ἀγαλλῆσαι.* *Orat. de uita Greg. Thaum.* T. II. p. 1006. *edit. Paris.* Pofteriori aetate, habemus egregium in ea re artificem GREGORIVM M. P. R. qui fe ipfe deregit ac nudat in *Epist.*



ratio istud brumae tempus admittat, et, qui ex antiquioribus pariter ac recentioribus in inuestigando natiuitatis Christi tempore ingenium periclitati sunt, auctumnale illud aut uernum fuisse tempus inueniant, quae ratio tandem ueteres atque adduxit, ut in diem XXV. Dec. natalem Christi figendum existimaret? 1) Sane ratio haec fuit, quod *natalis inuicti*, a paganis gentibus eo die celebrari solitus, aliter, quam instituta christiani festi sollempnitate, apud Romanos tolli non poterat, atque extingui. Episcopi autem Romani, quo facilius homines a superstitionis uanitatibus ad ueram religionem transducerentur ac conuerterentur, non modo profana gentilium festa in Christianorum sacra commutarunt, sed etiam, inter haec, noue introducta, et illa sublata, quasi quandam similitudinem esse uoluerunt. 2) Itaque *natalem inuicti* hoc ipso festo *natalis Christi* submouerunt et antiquarunt, ut adlusiones probant ueterum ecclesiae patrum, natiuitatem Christi cum sole reuertente comparantibus, et hodie testatur uulgi circa id tempus superstitio, prauitatum rituum, ex gentilismo ductorum, obnoxii.

Sed plerisque scriptoribus pontificiis nihilominus placet contendere, hunc diem XXV. Dec. non modo esse ipsum natalem Seruatoris nostri, uerum etiam ab ipsa illa prima ecclesia pro eo habitum et cognitum, nec cognitum tantum, sed etiam fuisse celebratum. 3) Qua in re non utuntur illi quidem suspecto uanitatibus

*Epist. ad Augustinum monachum, quem fidei christianae propagandae causa ad Britones miserat, cum imaginibus, uexillis, aqua lustrali, et id genus aliis rebus proxime ad naturam gentilissimi uenientibus, quibus regina maxime capta est. I. VIII. ep. XI. Registr. epp. p. 938. col. p. 9. 18. T. II. edir. Benedictinor. quorum comment. uid. p. 909. confer. P. MVSARD. Conformités des Cereémonies modernes avec les anciens, statim ab initio, et, quae adlatis plurimis exemplis tractat Pl. Ren. C. G. SVKE, qui hoc tempore apud legationem Suecicam Vindobonae sacra facit, in praefatione libri Midler-*

*niani Germ. uerfi VeberEinstimmung des Palstbums mit dem Heydenbum. Lips. 1738. in 8. editi.*

3) Pro antiquitate festi pugnat PETAVIVS de *Doctr. temp.* T. II. L. XII. c. 7. EMAN. SCHELSTRATEN in *Antiquit. eccl. illustr.* T. I. p. 39. *diss. I.* sed non ultra Augustinum et Chrysostomum progredi possunt. Famofus ille ac clamofus GRETSERVS, quando p. 217. *de fest. chr.* contra HOSPINIANNVM inanibus conuiciis apostolicam traditionem festi defendit, urget in primis regulam AVGVSTINI: cuius origo uescitur, nec per generalia concilia constitutum est, illud antiquissimae



ris testimonio IOHANNIS NICAENI, 1) qui narrat, Iulium I. P. R. collatis inter se mensibus Hebraeorum ac Romanorum, deprehendisse, illum diem uerum natalem Christi esse: sed aequè ridicule, nescio, quam *traditionem* iactant et inferunt ex his AVGVSTINI 2) verbis: *Natus autem Christus traditur VIII. Kal. Ian.* Deinde CHRYSOSTOMVM 3) excitant, qui, Romanos, ait, habere hunc diem *ἀνωθεν*, et ex tabulis census Augustei. Hoc *ἀνωθεν* et illud traditur neu- rum altero grauius est. Debuerat unum saltem nominare CHRYSOSTOMVS, qui tabulas istas inspexisset, nomenque Christi, et natiuitatis eius diem, ibi relatum legisset. Nonne miraculo est, eas in tanta rerum uicissitudine, ac potius conuersione, ab interitu fuisse

*et apostolicae est originis.* Sed homini stolido idem AVGVSTINVS opponi potest, qui eodem loco epistolae ad Ianuarium T. II. *Opp. edit. Benedict.* p. 93. festa enumerans, quae ab uniuersa, quacun- que se diffundit, ecclesia celebrantur, natalem Christi silentio transmittit. Super quo loco notauimus quaedam in *Progr. de Quingagesima paschali.* Lips. p. 1752. Ceterum, quam tenaces Pontificii sunt huius sententiae de die XXV. Dec. tanquam natali Christi, ex uariis coetus eorum ritibus intelligitur apud EDM. MAR- TENE de antiqu. eccl. ritibus, ubi T. II. p. 925. edit. *Antwerp.* I potius *Mediolan.* in fol. renunciationis Armenorum formula inter alia refertur ad ecclesiam Romanam deficiuentium, in qua haec continentur: *Si quis non celebrat Annunciationem d. XXV. Marr. et d. XXV. Dec. Christi natale, anathema sit.*

1) in *epist. de natiuit. Christi ad zACHARIAM Catholicum Armeniae* apud FR. COMBESIVM T. II. *Auctarii notii Biblioth.* P. P. p. 47.

2) de *Trinit.* l. IIII. c. 5.

3) *Homil.* 33. T. V. sed in *Benedict. Opp.*

T. II. p. 354. ubi scribit: *ὅσα καὶ αὐτῆ ἡμέρα, παρὰ μὲν τοῖς τὴν ἐπιπέραν οἰκουμένη ἀνωθεν γινώσκονται, πρὸς ἡμᾶς δὲ κοινωδῆσαι νῦν, καὶ οὐ πρό πολλῶν ἐτῶν ὡδῶρον οὕτως ἀνέβηται. κ. τ. λ.* Sed est mera coniectura, qua, ut erat magnus orator, augustinum ei diei honorem apud suos conciliare uoluit. Praeter ea de tempore tantum illius census loquitur, quod ait, ex his tabulis perfecte planeque cognosci posse: *καὶ τοῖς ἀρχαίοις τοῖς δημοσίοις κειμένοις κώδικιν ἐπὶ τῆς Ρώμης ἔστιν ἐντυχόντα καὶ τὸν καιρὸν τῆς ἀπογραφῆς μεγάλῃς ἀκριβῶς, εἰδήνη τὸν βουλομένον.*

EDMVNDVS MARTENE *rit. uer. eccl.* T. III p. 90. ex hac IOHANNIS HOMILIA constare, putat, iam inde a primis temporibus ecclesiae, communi populorum consensu, non modo institutum fuisse festum natalis Domini, uerum etiam sollempnitati eius hunc assignatum diem XXV. Decembris. Nam commemorari a CHRYSOSTOMO, eum diem apud omnes populos a Thracia usque ad Gades ab initio statim celebratum, eundemque a Romanis ex codice illius Iudaici census agnitum fuisse. Quod ab homine pontificio credi et arripì non mirandum



isse conseruatas? Demus, conseruatas fuisse, atque adeo Christianos earum uidendarum copiam habuisse; nonne a specie ueri abhorret, his census Quiriniani tabulis, omnium et singulorum infantum recens natorum, et annum, et diem, et nomina fuisse comprehensa. Nonne illud denique precario sumitur, Christum, antequam parentes eius nomina sua profiterentur, in lucem susceptum esse?

Nam, non est de nihilo, scriptores sacros, ut iam diximus, quum ex Maria natum optimum Seruatorem commemorant, neque annum, neque mensẽ, neque diem, quo editus est, prodidisse. 4) Non hic quaerimus, cur, quum principale tempus sacri

dum est, at illud iustam admirationem habet, quod b. l. a. BENGELIUS eam coetus Romani sententiam de Christo, die XXV. Dec. nato, amplectendam sciscit, et WILHELMUS LANGIUS de *annis Christi* p. 357. eandem non iam uerisimilem, sed ueram ac certam pronuntiat. Non magis profecto hac tabulae, aucti a Quirinio census, Romae olim adseruatae, quam illa Iosephi, nescio cuius Chronographi ex Iudaeis, acta; quae a Tiro Imp. Hierosolymis Romam deportata Iulium I. P. R. consuluisse, magnus a fabulofitate auctor IOHANNES NICAEVS scribit, fidem nobis fecerint de die VIII. Kal. Ian.

4) Adfunt quidem characteres chronologici. Nam Christum natus est 1) imperante Augusto Caesare, 2) quo tempore census agebatur, 3) Quirinius Syriae praesidebat, 4) et Herodes M. adhuc in uiuis erat. Denique 5) Christus annum aetatis agens XXX, qui incidit in Tiberii Caesaris annum imperii XV, sacrum munus auspiciatus est. Sed contra, haec oboriuntur difficultates. 1) Incerti sunt, qui hic ad calculos sedent, an imperii Augustei annos a caede Iulii Caesaris, an a primo Octauiani consula-

tu, an a primo eius triumuiratu numerare incipiant. 2) Ex tribus illis, uel quatuor ab Augusto factis in orbe romano descriptionibus, quas historici memorant, nulla est, quae in hoc tempus incidat. Vide b. patris mei GÖTTL. WERNSDORFII disp. de *censu, quem Caes. Octau. Aug. tempore natiuitatis Christi per orbem terrarum fecit*. Viteb. 1693. et b. G. RICHARD. de *censu Augusti uniuerse indicto* ibid. 1704. Quare, quum πᾶσα οἰκουμένη interdum Palaestina tantum denotet, alii peculiarem ciuium Herodis descriptionem, ab Augusto mandatan, intelligunt. 3) Non P. Sulpitius Quirinius, sed Quinctilius Varus, aut, ut TERTULLIANVS scribit, Sentius Saturninus, tempore nati Christi praefes Syriam rexit. Quid igitur? Aut fuit Quirinius extra ordinem ad hunc censum agendam auctoritate Caesaris missus, in expeditione contra Hamoadenses, aut, quod *Sum. Venerab. c. a. HEVMANNVS* in *diff. de censu Antequiriniano* putat, hic census distinguendus est ab eo, qui XI. anno post habebatur, ut Lucas dicat, eum ante factum esse, quam illum Quirinianum, ob tumultus ortos in Iudaea nobilem. Cui sententiae, etsi haec obiecta difficultas est ab



sacri Iesu ministerii, tum aliis notis chronologicis, tum ab anno Tiberii Imp. definiant, 1) diem initialem uitae eius nobis reticuerint. Satis habemus, quod diuino consilio factum est, prudentissime factum esse. 2) Illud ex eorum silentio confici uolumus, nihil minus, quam diem XXV. Dec. natalem Christi, praesumi posse. Quid enim uerba LUCAE natiuitatem Iesu Christi narrantis habent, quod, non dico, eam opinionem adiuuet, sed et non aduerferur? Nam id ab aliis iam demonstratum est, greges ouium apud Iudaeos quo-

a b. DEYLINGIO *Obs. sacr.* T. I. p. 32. quod is usus uocabuli *πρωτη* a consuetudine Graecorum abhorreat, et ineptum scribendi genus Lucae tribuatur, quum nominandus fuisset, non, qui non egerit, sed qui egerit: tamen opponit HEVMANNYS Ioh. XIII. 22. *Ιουδας υιου ο Τροφαιμου.* Conf. *iunioriss. Collegae nostri* C. S. GEORGII *Apparat. philol. rheol. ad Euangelia fest. et dominic.* Vol. I. p. 104. 4) Herodem M. quidam breui post natum Iesum mortuum putant, ut SALV. TIL., qui purificationem Mariae cum morte Herodis coniungit, quidam integro anno et VI. mensibus post, decessisse uolunt, ut CHR. NOLDIUS, in *bist. Idumaea*, quae est ad calcem IOSEPHI *Hauercamp.* T. II. p. 337. uide CORN. DIT. KOCHII *diss. de anno natali I. C. per numum et fata Antipae Herodumque ceterorum demonstrato* p. 18. 5) non exacte definitus est numerus ille annorum Christi XXX. Addit enim LUCAS *uocet*, quod idem est, ac plus minus. Verba Lucae nuper admodum ita reddidit FERDIN. STOSCH in *Exercitat. ad Luc. III. 23.* Vol. III. P. III. *der Brem- und Verdisehen Bibliothec: Et erat ipse Iesus circiter XXX. annorum, quum inciperet, ut lege et more statutum erat, docere.* Ita neque ex hoc, neque ex reliquis characteribus aliquid capi potest, ad inue-

niendum annum et mensum nati Iesu Christi, quamquam propter illum Tiberii Caesaris annum imperii XV. incidit annus aetatis Christi XXX. in annum Iulianum XXXX. Sed haec chronologica, eiusmodi difficultatibus consistantur. uid. MARIJ LVPI *de notis chronologicis anni, mortis, et natiuitatis I. C.* dissert. II. Romae 1743. editas. Quid plura? His ipsis diebus, *Max. Reuer. IOH. FRIDER. SCHMIDIVS, sacror. Vorstfeld, anistes*, ita calculos instituit, ut necesse sit, Christum totos LXXII. annos ferius, quam aera uulgaris habet, natum esse, in *denen auf biblische Nachrichten und Zeugnisse gegründeten Zeitraumsländen der Kirchengeschichte bis auf Christi Geburt.* in 4.

1) Luc. III, 1. sunt characteres chronologici, 1) annus XV. imperii Caesaris Tiberii, 2) Pilati procuratura Iudaeae, 3) tetrarchatum Galilaeae, Itureae, Trachonitidis, Abilenaee nomina, 4) pontificatus Hannae et Caiphae, 5) annus aetatis Christi XXX.

2) Religioni quidem dierum, quae uehementior ac corruptior esse solet in festis, quae fixa sunt et immobilia, obstaculum oppositum est insuperabile. Quem admodum et genethliaci diuinationibus eorum, qui tentare ausi sunt calculis astrologicis et horoscopia subicere natiuitatem Seruatoris nostri, ut discimus ex



quoque, nunquam hiemis tempore sub dio pernoctasse. 3) Praeter ea tempus hibernum diesque breuissimi, uix conuenire uidentur agendo cenfui, cum peregrinationibus coniuncto.

Quomodo igitur primis ecclesiae temporibus dies natalis Christi cognitus fuerit, quum praesertim neque Apostoli, neque alii Christi aequales, de illo quidquam praeceperint, relicta, ut ait SOCRATES, 4) diei cuiusque festi religione gratitudini eorum, qui beneficio se deuinctos agnoscerent. Nam, quod EVODIVS qui-

IOH. ANDR. SCHMIDII diff. Ienae. p. p. hoc tit. *Thema Christi natalitium a nonnullis impie et absurde erectum.* Qui, si tempus nati Christi planius atque adcuratius definitum haberent, animis uulgi procul dubio speciosius imposituri essent. Eorum artem detestata est semper ecclesia, ut multis exemplis ostendit M. T. GRANCOLAS in notis ad uersionem *Francogallicam Cateches. CYRILLI Parisiis 1715. in 4. p. 108. On a toujours condamné cette science dans l'Eglise lorsqu'elle a voulu prédire avec assurance les choses casuelles, ou celles qui dépendent de la volonté de Dieu. Eusèbe prouve comme S. Cyrille que siles Astres ont quelque pouvoir sur nous, nous ne sommes pas libres, et nous ne pouvons ni mériter ni demeriter, où quil est inutile de prier.* etc. Videtur etiam augere dignitatem historiae uitae Iesu illud sacrorum historicorum de ipsius die natali silentium. Impositores et lycophantae minuta omnia persequuti fuissent, et, quae nunquam facta aut gesta essent, confinxissent. Quae Pontificiorum consuetudo sit, uidemus. Quos ipsi sibi Sanctos fecerunt, eorum uitas multis otiosis, et inanibus, et falsis narrationibus exornant atque illustrant. Itaque si Legendarii non dubitarunt, fanaticum et insullum praefigiatorem, Franciscum, parem facere summi Dei filio Iesu Christo, nisi forte de uero tempore natalis Christi dubital-

sent, eodem illum die, quo Christum, in lucem editum, fuissent nugaturi. Stigmata et miracula Christi, quam inepte ad Franciscum referantur, ostenderunt *Auctor libri Amst. 1734. in 8. ed. l'Alcoran des Cordeliers, et PHILELVTH. HELVET. i. e. P. Zimmermann. libro eodem anno foras dato in 8. de miraculis, quae Pythag. Apollonio Tyan. Francisco Assisio, Ignario Loiolae tribuuntur.*

3) Videlicet, quia et ipsam Iudaeorum terram afflat acrior frigoris uis, praesertim ubi montibus abundat, in quibus maxime pascitur. Quid? quod ob iniuriam caeli, greges, octauo iam mense Marchesuan, domestica stabula occupare solitos, monuerunt HADR. RELANDVS *Antiquitat. sacr. p. 373. et SAM. BOCHART Hierozoic. l. II. c. XXXXIII. p. 415. ISAACVS GASAVBONVS* quidem ad *Annal. Baron. Exercit. XVI. p. 480. obseruat, greges in Anglia, per hibernos menses sub dio pasci, nec desunt, qui inusitatam hominum multitudinem, Bethlehemum confluentium, putent in causa fuisse, quare greges rus abacti fuerint. Neutrum tamen difficultatem tollit, ut euicerunt, quum alii, tum imprimis SAM. BASNAGIVS *Exercit. hist. crit. p. 216. et IOH. HARDVINVS in Antirrhenco de num. ant. p. 63.**

4) L. V. p. 291. edit. READINO. τὸν  
B εὐγρῶ



IO DE ORIGINIB. SOLLEMN. NATALIS CHRISTI

quidam, Apostolorum aetati suppar, diem XXV. Dec. natalem Christi esse, apud NICEPHORVM CALLISTVM 1) in fragmento quodam scribit, ei fidem habere, est magni fabulatoris auctoritate stare. Quae porro eundem diem nobis memorant CONSTITVTIONES apostolicæ, 2) eas, clarum est, ementitio CLEMENTIS Romani nomine circumferri. Dudum enim a uiris doctis planum factum est, eas uix V. sæculi foetum esse. Quis autem scriptori, falso, Apostolorum ueluti iubentium, nomine, nobis imponenti, de re ab ipsius memoria tam longe remota, testimonium denunciabit?

Quod si natalem Christi antiquissimis temporibus ignorarunt, multo magis nescierint, necesse est, eum die XXV. Dec. agen-

ιστην τῶ πάσχη καὶ τὰς ἄλλας ἑορτὰς τιμῶν, τῇ ἐπισημοσύνῃ τῶν ἐπισημηθέντων κατέλιπον. Hoc quoque festum natalis Domini ab apostolis profectum non esse, sicutum eorum satis declarat.

1) L. II. c. III. fragmentum ex EVOBII de lumine epistola exhibet, ubi haec ille de Maria: Καὶ τίθει τὸ φῶς τῷ κόσμῳ χρόνῳ ὑπάρχοντα ἐν τῇ εἰκοστῇ πέμπτῃ τῆς Δεκεμβρίου μηνός. Sed plauftra fabularum ibidem reperias, ut baptismum a Christo solum Petro datum, Mariam anno actatis III in templum delatam esse, ex quibus de reliquis spuris istius Euodii narrationibus iudicium ferre licet.

2) CLEMENS Romanus, cuius nomen meritiuntur CONSTITVTIONES APOSTOLORVM I. V. c. III. natalem Christi figit in diem XXV. mensis noni τῶς ἡμέρας τῶν ἑορτῶν φυλάσσετε, ἀδελφοί, καὶ πρώτην γὰρ τὴν γενέθλιον, ἥτις ἡμῶν ἐπιτελεῖσθαι ἐκάδι πέμπτῃ τοῦ ἐνάτου μηνός. Per mensē VIII. autem obseruauit COTELERIVS ad P. P. Apostol. T. I p. 318. edit. Clerici, nobis intelligendum esse mensē Decembrem. Nam ex c. XIII. et XVII. eiusdem libri V. demonstrat ille VIII. mensē eundem esse cum Iuliano mensē duodecimo.

3) Stramat. l. I. p. 340. edit. Colon. Eισὶ δὲ, οἱ περιεργότεροι τῇ γενέσει τῆς σωτηρίας ἡμῶν ἢ μόνον τὸ ἔτος, ἀλλὰ καὶ τὴν ἡμέραν προτιθέντες, ἢ Φασίον ἔτος καὶ Αὐγύστη, ἐν πέμπτῃ Παχων καὶ ἐκάδι οἱ δὲ ἀπὸ Βασιλείου καὶ τῆς βαπτίσματος αὐτοῦ τῆς ἡμέρας ἑορτάζουσι, προδιαντικερίουτες ἀναγνώσει. Φασί δὲ εἶναι τὸ πεντηκάδικατον ἔτος Τιβερίου Καίσαρος, τὴν πεντηκάδικατὴν τοῦ Τυβί μηνός. Τινὲς δὲ αὐτὴν ἰδεῖν αὐτὴν τοῦ αὐτοῦ μηνός, τότε πάθος αὐτοῦ ἀκριβολογούμενοι φέρουσι, οἱ μὲν τινες, τῷ ἐκκαδικατῷ ἔτει Τιβερίου Καίσαρος, Φαρμαυθί καὶ οἱ δὲ, Φαρμαυθί καὶ ἄλλοι δὲ Φαρμουθί ἢ πεποθηῖνον τῶν σωτήρα λόγουσι καὶ μὲν τινες αὐτῶν Φασί Φαρμουθί γενεῖσθαι καὶ ἢ καὶ. Hoc memorabili loco, quum recenset CLEMENS uarias sententias eorum, qui suo tempore *curiosius* in diem Christi natalem inquisierint, cam primo statim loco commemorat, quae die XXV. Pachonis, qui in diem XXV. Maii incidit, natum Christum statuit. Quam sententiam, ait, communiorem esse inter Catholicos, etsi neque suum ipse iudicium interponit, neque ad sententiam cuiusquam accedit. Itaque, qui ex antiqua traditione uernum tempus malunt, ii auctoritate ipsius CLEMENTIS uiri non possunt,



agendum esse celebrandum. Immo uero, quo tempore coeptum est inquiri *περὲς γότρων* in diem natalem Christi, omnes, quorum sententias CLEMENS ALEXANDRINVS 3) refert, inclinatiores ad uernum tempus animis, in mensem Aprilem uel Maium conferunt.

Qui, si quum propius abessent ab eorum aetate, quibus *Natalis Christi* notior esse poterat, (nam illa *περὲς γότρων* saeculi est P. C. N. II.) de die XXV. Dec. ne suspicari quidem sunt, saeculi, credo, III. fuit, iudicium ea de re sibi sumere, superiorum opinionnes refellere, absconditam rei ueritatem patefacere. Nam illa eius saeculi de Zacharia, Iohannis baptistae patre, opinio, fuisse e-

um

sunt, quod tamen factum est ab ALPHEONS. des VIGNOLES diss. *touchant le jour de noel, dans Bibliothéque Germanique* T. II. p. 30. ubi ait: sententiam de die XX. Maii antiquissima traditione niti, adeoque omnibus aliis esse praefereendam. Verum si Alexandrini certi et constantes in eadem sententia fuissent, profecto passi non essent, quo tempore sacris publicis celebrari cepit natalis Christi, alium eius diem sibi praescribi. Nam principio egerunt illum die VI. Ian. quo post ea repudiato, et quidem saeculo P. C. N. V. diem adsumserunt XXV. Dec.

Verba CLEMENTIS nihil habent, ex quo quis argumentari possit pro alterutra sententia, aut diei VI. Ian. aut diei XXV. Dec. Nam, in enarrandis plurimis ueterum coniecturis et traditionibus, Ianuarium mensem sibi Basilidianis tribuit, minime id facturus, aut sententiam saltem in dubio non relicurus, si, ut quidam existimant, opinionem de die VI. Ian. certis iudiciis, apostolorum auctoritate nixam et fundatam comperisset. De die XXV. Dec. iam plane silet, quum, si qui Christianorum ipsius tempore in ea sententia fuissent, id nullo modo fugere potuisset hominis litteratissimi studium

alia undique conquirendi. Ut adeo, qui natalem Domini hiberno tempore definiunt, auctoritate CLEMENTIS non modo non defendantur, sed etiam oppugnentur. Ceterum praecipua ueterum de die Iesu Christi natali sententias recensuit b. Pater meus, *Progr. fest. natuit. Chr. 1728. Winneb. P. P.* quod item factum est a THOMA ITTIGIO, disert. III. *de ritu festum natiuitatis Christi die XXV. Dec. celebrandi, eiusque antiquitate.* Append. dissert. de *Haeresi archis aevi apostolici* pag. 386. seqq.

Eo loco, qui hanc de die natali Christi disputationem proxime antecedit, dixerat CLEMENS, a tempore nati Christi usque ad mortem Commodi Imp. annos esse CLXXXIII. mensem I. dies XIII. *γίνονται ἐν αὐτῷ ὁ κύριος ἐγεννήθη, ἕως Κομοδίου τελειότης τὰ σωτηρία ἐπὶ ἑκατὸν ἐπιηκοτατίσσομα, μὴν εἰς, ἡμέρας ιγ'.* Ex quibus uerbis erueri diem nati Christi uoluerat SALOM. U. TIL, *diss. de natali Christi* p. 31. Sed ostendit ei SAM. BASNAGE, *Annal. T. I.* 119. non modo locum in mendo cubare, uerum etiam Clementem uti Alexandrina epocha, uel ratione, annum a mense Iulio numerandi.



um Pontificem Maximum, cui, anniuersario expiationis die, sacra facienti angelus apparuerit, unde tempus conceptionis, tum Iohannis, tum Christi colligendum putarunt, longissime a ueritate abest, 1) quum et narrationi LVCAE, et historiae contraria sit, quam IOSEPHVS narrat, successione pontificum Iudaicorum. 2) Pii et ingeniosi patres ecclesiae hoc ita excogitarunt, quo sanctior apud populum haberetur dies XXV. Dec. 3) Nos etsi eum diem omni obseruantia colimus, non tamen idcirco eum uerum *Natalem Christi* esse, aut credi, uolumus.

Qui e recentioribus in diem natalem Seruatoris inquisierunt, diuersis inuestigandi uis ac rationibus usi, plerique omnes, tempus auctumnale, multi etiam uernum, aut aestiuum, adeo in-

1) Nam dies expiationis X. Tisfi, qui nobis XXIIII. Septembris. Postquam si ponimus, Iohannem conceptum fuisse, Christus, qui sex mensibus Iohanne minor erat, conceptus erit die XXV. Dec. In loco quidem IOH. III, 20. uidebantur sibi ueteres rationem deprehendisse referendi natalem Iohannis ad solstitium, quo tempore incipiunt dies minui, Christi contra ad brumam, quo tempore incipiunt dies crescere. Quod luculente probant AVGVSTINI uerba in PSALM. CXXXII. T. IIII. pag. III3. *Ille, inquit, Iohannem intelligens, natus est, sicut tradit ecclesia, VIII. Kal. Iulias, quum iam incipiunt minui dies, Dominus autem natus VIII. Kal. Ian. quando iam dies incipiunt crescere. Audi ipsum Iohannem consistentem: illum oportet crescere, me autem minui.* CHRYSOSTOMVS *Homil. XXXIII. T. V. firmiter credit, consuetudinem celebrandi VIII. Kal. Ian. natalem Domini, hoc maxime argumento probari, quare multus et copiosus est in eo explicando, atque illustrando. uide c. A. HEVMANNI diss. de festiua Iohannis pontificatu maximo. Primit. Goetting. p. 5.*

2) Demonstrant hoc in primis HEYM.

WITSIVS, *Miscell. T. I. p. 284.* et FRID. SPANHEMIVS, *Dub. euang. P. II. p. 210.* Ipse quoque IOH. ALB. BENGELIVS, *Harm. Euang. p. 74.* quamuis patrocinetur sententiae de die XXV. Dec. fatetur tamen, hoc argumentum, ad defendendam antiquam consuetudinem, sequioribus temporibus adhibitum fuisse.

3) IOH. NICAENVS c. I. orsus longam fabulam pro die XXV. Dec. hac falsa persuasione ueterum in primis nititur. Quod fecit etiam THEORIANVS, in *Disput. cum Carbol. Armeni.* apud COTELERIVM, T. I. P. P. apost. p. 313.

4) Ostendit hoc IOH. FRIDER. MAYERRVS, in *Diss. de eo, quod quilibet anni mensis gloriam nati Seruatoris ambitiose sibi asserat* Gryphisw. 1701. ex qua uariorum opinionum in tabula exhibet IOH. ALB. FABRICIVS, *Bibliograph. antiquar. p. 347.*

5) Ad VIII. genera uisitas inuestigandi natalem Christi rationes redegit, easque succincta narratione persequitur b. BAYMGARTENIVS, *Progr. de mensis dieque nati Christi* Halae 1740. Sed excussis, momentoque suo ponderatis, coniecturam



uenerunt, paucissimis ad brumam et subobscore accedentibus. Nam tanta est, et tam secum discrepans multitudo eorum, qui hanc quaestionem pertractarunt, ut nullum anni mensem reperias, pro quo non sententia stet alicuius docti uiri. 4) Quod uaria et diuersa inuestigandi ratione accidit. 5) Nam alius ex tempore mortis Herodis M., et ex conuentu Berytensi, 6) alius ex ephemeriarum sacerdotum Iudaicorum ordine, 7) alius ex fastis Iudaicis et ex ratione typica festorum V. T., 8) alius aliunde sibi haufit aliquam notam ueri dispiciendi. Ex quibus nobis, audebimus enim iudicium nostrum interponere, sententia maxime placet eorum, qui natalem Domini collocant in dies festos Tabernaculorum, hodie Septembris nostri. 9)

## Neque

sturarum cuiusque rationibus, illud pronuntiat. *Fecistis probe, incertior sum multo, quam dudum.* Itaque cum SCALIGERO fateretur, ignorari diem natalem Christi.

6) Vt IOH. GOTTE. HEINECCIUS, *Diss. de genuina natui. I. C. aera. Opp. uar. Sylloge* Exerc. II. et PET. ALLIX *diatr. de anno et mense nar. I. C. p. 151.* qui tempus mortis Herodis circa pascha ponunt, an. Iul. XXXII. et censum per Iudaeam actum putant aestiuis mensibus anni XXXX. ante conuentum Berytensem secundum, cui Quirinius non interfuit. Sed hi mensum, non etiam diem, desiniunt. Hinc NATH. LARDNERVS, *fid. euang. L. II. p. 342.* CIHARDVINVS, in *Anu. vrb.* p. 60. alia noua supputatione mensem septembrem eruunt.

7) Exputauit SCALIGER tempus conceptionis Ioh. Baptistae atque adeo Christi, ex ephemeriarum sacerdotum ordine, *de emend. temp. can. isagog. l. III. p. 303.* Nam, quum XXXIII. illae classes sacerdotum per uices sacra fecerint, ZACHARIAS de classe Abiae, uices habuit die XXXIII. Iul. Quo computo sequitur, natalem Christi in Octobrem incidere. Probabiliorem hunc computum, termino

supputationis a destructione templi Hierosolymitani sumto, fecit IOH. CHRISTO. WAGENSEIL, *Obs. in cod. Sora* p. 942.

8) Putat IOH. LIGHTFOOT, *Harm. euang. in Luc. II. 7. T. I. p. 280.* mense Tisri, nostro septembri, et mundi, et peccati origines obrigisse, natales patrum ante diluuiarum accidisse, animum Iubilaeum initium duxisse, aeram incepisse a creatione ad exitum in Aegypto, instituta eo mense tria festa, tubarum, expiationis, tabernaculorum. Itaque die XV. Septembris tabernaculorum festo natum esse Christum, et nouam seruitutis Romanae periodam apud Iudaeos, censu ab Augusto imperato, incepisse. Denique quatuor anni cardines conceptionibus et natiuitatibus Iohannis Bapt. et Christi condecorari, quem solstitio hiberno conceptum, aequinoctio auctumnali editum fuisse.

9) Post SCALIGERVM primus ex theologis hanc sententiam protulit, et festum Tabernac. Iudaic. cum festo natiuitatis I. C. contulit. IOH. BENED. CARPZOVIVS, *Progr. Lipsf. 1698. P. P.* Rem altias reperit, et planius declarauit *magni nominis Medicus, AVG. QVIR. RI-*



Neque enim tantum analogiam, ut inter Pascha V. et N. T. et inter festum Primitiarum et Pentecostes, ita inter festum Tabernaculorum et Natiuitatis Christi, deprehendimus, 1) uerum etiam ipsi sacri libri eo nos ducere uidentur. 2) Neque illud nihil est, quod haec sententia magnos uiros, et chronologos acutissimos auctores naeta esset et defensores. 3) Nam illud plane singulare est, quod, qui diuersissima ratione calculos posuerant, ad exquirendum natalem Christi, praeter opinionem suam, eodem collineauerint. 4)

Nihil

WINVS, libr. vom wahren Aler der Welt und unsers Heylandes Lips. 1721. Eandem sententiam confirmat SIGM. FERD. WEISMÜLLER, diss. de festo tabernac. N. T. in festo natiuit. Christi celebrando. Altorfi 1721.

1) Reperierunt uiri docti, maxima festa Iudaea, peperisse maxima festa Christianorum. Vident admirandam inter Pascha V. et N. T. analogiam, liberationem illie a uexatione ac crudelitate Pharaonis, hic a tyrannide Satanac, atque a peccato, et maledictione legis. Vident in Pentecoste N. T. antitypum ueteris illius primitiarum festi, quo ipso festo primitiae Sp. S. in apostolos effusa, largam ecclesiae segetem rulerunt hominum ad III. millia *ἑξαλάκιστον* ardore effluentes in dicendo Petri conuersorum *Act. II. 41.* Ita etiam in festo Tabernaculorum typum festi natiuitatis I. C. inueniunt, quod pluribus demonstrauit WEISMÜLLER, *cit. diss.*

2) Ait IESAIAS c. VIII. *populus in tenebris ambulans lucem magnam uider* etc. addens euangelium: *mans nobis datus est.* Quod oraculum ipse Messias, in medio ciuium constitutus, et a paucis agnitus, quum uerba faceret ipso die NATALI suo, i. e. tabernaculorum feriis, in se implerum diserte testatur: *εγω ειμι το φως το κοσμου*, cum particula demonstratiua *IOH. VI. 14. X. 12.* Alio autem, quam festi tabernaculorum tempore, illud

*το* non addidit *IOH. VIII. 5. XII. 46.* Hinc illa tabernaculum in nobis ponentis *λογος* cum idea *lucis* perpetua connectio *IOH. I.* Accendebantur nimirum ultimo et magnificentissimo festi tabernaculorum die lucernae, quae in urbe sacra platearum caliginem dissipabant, qui ritus Messiae uerbis ad antitypum applicatus uidetur. Nonne autem IOHANNES tempus, et diem natalem Christi, quem reliqui tres eius uitae scriptores praetereunt, isto unico uerbo satis indicat. *Ο λογος εκήνωσεν εν ημιν, uerbum tabernaculum in nobis suum posuit.* Quo quidem uerbo demonstrat, tentorium Iudaicorum antitypum in Iesu quaerendum esse, in quo habitaret plenitudo diuinitatis corporaliter *Col. I. 2.* et qui ipso tabernac. festo in carne adparens, maximis gentium plausibus, occasione festi laetissimi, exceptus esset. Innotuerat enim promissus Messias pius V. T. sub titulo tabernaculi, quemadmodum PETRVS ALLIX e reconditis sapientiae Iudaicae thesauris contra Socinianos ostendit *τοῦ λογου ὑποστατικῶν* tabernaculi nomine in V. T. fuisse insignitum. Itaque uult IOHANNES: eadem trinitatis persona, quae scriptorum popularium testimonio, Verbi nomine patribus nota, ab Abrahamo uisa, cum Iacobo conflictata, ab Israhelitis adorata fuit, quae hos eodem ex seruitute Aegyptiaca in libertatem uindicauit, et in Arabiae desertis, iam nubes, iam flamma,



Nihil autem facilius fieri potuit, quam ut uerum tempus natalis Christi ueteres ignorarent, nullo III. primis saeculis festo natiuitatis Domini constituto. In qua festorum Christianorum uelut parsimonia, saeculo P. C. N. IIII. ineunte, coepta est publice celebrari natiuitas Domini, die VI. Ian. coniunctum cum trium beneficiorum memoria, manifestationis in baptismo, in aduentu magorum, et in nuptiis Cananiticis miraculo edito. 5) Qui dies propterea, quod ἐπέλη ὁ Θεὸς ἀνθρώποις διὰ γενήσεως, *Epiphania*, uel etiam

Theo-

ma duxit, quae inter Cherubim resedit, et, quae tanquam tabernaculum diuinitatis in homine stupendum, ipso tabernac. festo, tabernaculum suum in nobis posuit, ut ipsius ductu atque auxilio, ad aeterna illa tabernacula, infinitis gaudiis nos completura, quam felicissime penetrare possimus. Credo igitur, non quod certo sciam, sed quod rationabilis errabo, si erro, diem XV. Septembris, qui primus erat festi tabernaculorum, Num. XXVIII. 12. esse natalem I. C. aut, ne Quintadecimanus uidear, esse ultimum festi diem, qui aequae ac primus maxime sollemnis erat. Primo igitur incuntis anni ciuilibis mensē, quo ueteres mundum creatum et conditum, crediderunt, rex adparuit, qui epocham aeternae salutis inchoaret. uid. LIGHTFOOTI L. C. sententiam, in qua, licet multa sumat, innixus fallaci traditioni Iudaeorum, quaedam tamen insunt ad sententiam nostram confirmandam idonea. Neque enim iudicio hac in re adquieto b. BAYMGARTENII Progr. cit. contentione, ac comparationem festi tabernaculorum cum incarnatione Ioh. I. 14. ingeniosorem, quam ueriores dicentis, quemadmodum nec omnia libelli *Riniani* placita uelim admittere.

3) ERASMVVM SCHMIDIVM, ad Ioh. III. 30. IOH. HARDVINVM, in *Anirrb.* LIGHTFOOTVM, l. c. quo etiam referendi sunt, qui tabernaculorum festo Chri-

stum natum dicunt, etsi sub initium *Octobris*, ut MATTH. BEROALDVS, 108. SCALIGER, IS. CASAVBONVS, SETH. CALVSIVS.

4) Ita, qui ex tempore census Quiriniani eruere ac colligere tempus natiuitatis I. C. uoluerunt, quando posuerunt, Quirinium post conuentum Berytensem, ultimis mensibus imperii Saturnini, ante Q. Vari aduentum, censum egisse, inueniunt mensē *Septembrem*, ut HARDVINVS LARDNERVS l. l. I. C. Ita quoque, quē sumto tempore publici ministerii Christi duorum annorum cum dimidio tertii ex *Dan.* VIII. 27. et fixo eius baptismo in annum aetatis XXX. rotam uitam in his terris Christi XXXII annis et sex mensibus, quot olim David Hierosolymis regnauit 2. *Sam.* V. 4. desinierunt, atque adeo rationibus a morte eius retro supputatis, diem XV. Septembris effecerunt, ut LIGHTFOOTVS.

5) Vide IOS. BINGHAMI *Orig. S. antiquit. eccl.* Vol. VIII. p. 67. Refert MONTACVTIVS T. I. *Orig. eccl.* p. 349. et 395. in Anglicanis ecclesiis hodieque una die beneficii triplicis memoriam celebrari. Legi enim consueuisse ad *martinas* lectionem e IVC. III. de Iesu aquis Iordanis lustrato: ad *uesperinas* e IOH. II. historiam de miraculo Christi in nuptiis Canae edito: et ad *euangelium* historiam de aduentu magorum Christum adorantium.



*Theophania*, uocabulis ex gentilitismo in christianismum ductis, 1) dies *luminarium*, ἡ αἰγια τῶν Φῶτων ἡμέρα, propter *Φωτισμόν*, siue baptismum Domini, et propter τὸ Φῶς τὸ ἀληθινόν, ὃ Φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, dicebatur. 2)

Quod festum, si prisci Orientales, ut IOHANNES NICAEENSIS 3) fabulatur, ab Iacobo apostolo in istum diem VI Ian. fixum et statutum credidissent, nunquam profecto, ecclesiae Occidentalis exemplo commoti, die XXV. Dec. natiuitatem Domini celebrassent. Nam, licet illa Orientalium consuetudo tam late se diffunderit, 4) ut eam Saec. IIII. in ecclesiis quoque Gallicanis obtinuisse reperiamus, 5) tamen plane contraria est rei ueritati, quum neque credibile sit, Christum eodem annuo die natali suo, et a quibus Iordani lustratum esse, et miraculum Cananiticum edidisse, neque magi uideantur ipso statim natiuitatis eius die supplicatum uenisse. Sed quum nihilo propius ad uerum tempus accedat Romana diei XXV. Dec. ordinatio, quam sibi tandem omnes totius christiani orbis ecclesiae sequendam existimarunt, uideamus nunc, qua ratione quibusque auctoribus in eum diem inuenta fuerit natiuitatis Christi sollempnitas.

Brumam

1) SVIDAS ait: Ἐπιφάνεια ἐστὶν ἡ τῆ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐνσαρκος οἰκονομία. Vide IOH. PAUL. HEBENSTREIT Diss. de Epiphania et Epiphaniis apud Christianos et Gentiles sic dictis lenae 1693. IOH. KINDLERI Diss. c. tit. τὰ ἐπιφάνεια Witt. 1684. it. HENR. BLYMENBACHII Antiquitates Epiphaniarum Lips. 1737. Qua ratione uocabula ex gentilitismo in christianismum deriuata fuerint, docent CASAVBONVS Exercit. II. p. 166. et SVICERVS Thef. Eccl. T. I. p. 1196.

2) GREGORIUS NAZIANZENSIS Orat. XXXVIII. in sancta lumina T. I. p. 624.

3) Moris celebrandi natalem Christi VI. Ian. auctorem facit IACOBVM apost. IOH. NICAENSIS ep. cir. sed scriptor Saeculi XI. nihil de re tam antiqua certi pronuntiare potuit. Quamquam non sumus nescii, hanc ueterum consuetudinem fuisse, ut morem quemcumque paullo anti-

quorem a suis quaeque gens primis doctoribus manasse gloriarentur. Ita Alexandrini Marco, Asiatici Iohanne, Hierosolymitani Iacobo auctoribus nitebantur ac superbiebant.

4) CAES. BARONIVS Appar. Annal. sect. 105. p. 40. et PAGI ad eum contendunt CLEMENTEM Alex. et EVSEBIVM Pamph. H. E. l. 5. existimasse, VI. Ian. Christum natum esse. CASSIANVS, Collat. X. c. 2. omnes Aegypti prouincias Epiphaniarum nomine intelligere natalem Christi, memorat. uide EPIPHANIYM, Haeref. LI. 2.

5) Narrat AMMIANVS MARCELLINVS l. XX. p. 194. Iulianum Apostat. quum in Gallia fuisset, mense Ianuario in Epiphania progressum in ecclesiam fuisse. Cuius rei mentionem faciens ZONARAS Annal. T. II. c. III. II. diem illum τὴν γενέθλιαν τῆ Σωτῆρος ἡμετέραν uocat.



Brumam, siue solstitium brumale, peragi die XXV. Decembris, antiquorum astrologorum ratio docuit, quam auctoritate Caesaris Dictatoris veteres Romani sequuti sunt, ut ex SERVIO, 1) PLINIO, 2) et COLVMELLA 3) patet. Eum brumae diem non modo ipsum Romani sacrum habuerunt, sed etiam, qui eum praecedebant, dies non paucos, sacris publicis ludisque ac conuiujs sollempnibus transegerunt. Saturnalia enim, a die XVII Dec. usque ad brumam, effusissimis in omnem laetitiam animis agitabantur. 4) Ac brumae quidem die natalem celebrarunt solis, existimantes, quo tempore dierum spatia aufererent, decrescerent noctium, etiam solem rursus renouari, et quodammodo renasci. 5) Qui dies, quum in ethnicae uetustatis Calendario quodam 6) NATALIS INVICTI 7) adpelleretur: ea res, dici non potest, quantum exercuerit inge-

1) Ad Virg. Georg. I. 211. *Bruma*, inquit, *finitur* V III. Kal. Ian. die. it. ad Aeneid. VII, 720. *Proprie sol nouus est octauo Kal. Ian.*

2) I. XVIII. c. 25. *Bruma capricorni ad V III. Kal. Ian. fere. conf. et c. 27.*

3) I. VIII. c. 14.

4) MACROBIUS *Saturn. L. I. c. 7.* Hinc CATVLLVS XIII, 15. *Saturnalibus optimo dierum.* confer *Considrius. GE. THEOPH. BOERNERI* diss. de Saturnalibus et IVSTI LIPSII *Saturnal. Sermon. L. I. c. 4. 5.*

5) *Solem*, quando reflexo ab Austro cursu ad septentriones progreditur, *nasci* dictum constat ex MACROB. *Saturn. I. 21*, ubi ait: *Tempus, quo angusta lux est, significatur, quum ad minimum diei sol peruenit spatium, quod ueteres appellauere brumale solstitium, brumam a breuitate dierum cognominantes, id est, βραχὺ ἡμέρας. Ex quibus latebris, uel angustijs emergens, ad aestiuum haemisphaerium, tanquam enascens in augmenta porrigitur, et tunc ad*

*regnum suum peruenisse iam creditur.* CENSORINVS de die natali c. 21. p. 157. edit. Lindenbrog. VARRO de ling. lat. I. V. p. 49. SERVIUS c. I. nouum solem uocant, quem MACROBIUS enascentem.

6) Veruissimum huius Calendarii, quod circa medium saeculi. P. C. N. IIII. compositum esse uidetur, exemplum primum ex IOH. GE. HERVARTI ab Hohenbourg museo protulit PETAVIUS in *Vranolog.* postea AEGID. BVCHERIVS de doctr. temp. p. 279. denique PET. LAMBECIUS *Biblioth. Vindob. Comment. T. IIII. p. 277.* quorum exempla uariis ipsorum commentarijs illustrata coniunctim exhibuit HENR. LEON. SCHVZFLEISCHIVS, ad calcem *Commentar. de anno Romanor. Iuliano* Viteb. 1704. editi p. 266 - 369. nouissime repetiit IO. GE. GRAEVIUS T. VIII. *Thest. Antiq. Rom. p. 97.*

7) Addita d. XXV. Dec. uerba N. INVICTI erudite interpretatus est ANONYMVS quidam in *Progr. fest. nar. I. C.*



ingenia doctorum, interpretantibus aliis diem natalem Constantini, 1) aliis Constantii. 2) Sed uerior ac rector sententia est eorum, qui putant, intelligendum esse hunc ipsum solis noui diem apud Romanos uariis spectaculorum generibus celebratum. 3) Nam ita eum diem a profanis gentibus appellari solitum, auctores sunt ipsi ueteres ecclesiae patres. 4) Neque nos dubitare sinunt, qui hodie reliqui habentur, 5) numi et lapides, 6) qui eadem inuicti adpellatione, solem et ipsi quoque adficiunt. Sane, qui perpendit, solem in conficiendo suo cursu nullis, ut ita dicam, laboribus defatigari, quin semper idem redeat, eandemque lucem rebus ministrat, ei non ineleganter pro superstitione ueterum *sol inuictus* dici potuisse uidebitur. Ita autem hoc tanquam proprium solis nomen *sol* uoluerunt, ut id nunquam fere aliis diis tributum

I. C. Helmst. 1733. p. p. Pari ratione eandem natalem inuicti uerbo in Kalendario Romano obuium progr. biga illustrauit IO. CHRISTOPH. MÄCHERN, quae Gerae 1753. prodierunt. Vide quoque GE. CHR. HAMBERGERL disp. Praefide Celeb. IO. MATTHIA. GESNERO Goettingae 1751. habitam, prodromum maioris operis, cui titulus; *Rituum, quos Rom. ecclesia a maioribus suis gentilibus in sua sacra transculit, enarratio*. Sect. de Festo Natiuit. I. C. p. 29.

1) Ita STEPH. BALVZIVS et GISE. CYPERVS ad LACTANT. *de Mort. persecutor.* p. 193. Occurrunt autem isto in Kalendario tres natales Constantini, ubi semper ponitur nomen imperatoris, non uox INVICTI, magno sane argumento, natalem inuicti ad Constantinum non pertinere.

2) LAMBECVS apud Schurzfl. p. 318. putat cum BVCHERIO diem indicari, quo Veteranione a 351. deposito, inuictus appellatus sit Constantius, eoque nomine ad IDATIUM *Fastos Conf.* prouocat p. 55. Simond. edit.

3) Ita GRAEVIVS in notis ad LACTANT. *de Mort. persecutor.* p. 185. MÄCHER. *Progr. I.* supra cit.

4) Auctor Homil. in Luc. *de Natiuitate*. *Iob. Bapt.* quae CHRYSOSTOMO tribuitur, et in edit. *Vener. Opp.* illius T. II. p. 432. reperitur, ait: *Sed et INVICTI NATALEM appellant. Quis uirique tam inuictus, nisi dominus noster, qui mortem subactam deuicit? Vel quod dicunt SOLIS esse NATALEM; ipse est sol iustitiae, de quo Malachias propheta dixit: Conf. ARGVSTINVS. Serm. VII. in Nat. Dom. T. V. p. 620. it. IO. BRAVNII Select. Sacr. l. 4. c. 8. n. 113. p. 461.*

5) Vide IO. HARDVIVM in *Anthirretico de Numis antiquis colon. et municip.* p. 66. Occurrit nomen inuicti in numis Imp. Maerini, Aureliani, Gordiani, Constantini: quod, ubi absolute positum legitur, nulla alicuius numinis mentione facta, semper de sole est accipiendum. Qui nuperrime rationem inuenisse se putat, notas non anni tantum, sed etiam dici, quo cusi essent, in antiquis numis



butum reperiamus, nisi quos ex eorum opinione illud principale naturae regimen continebat.

Illud memorabile est, doctrina christiana inualefcente, quum paganos tot monstrorum, quae pro diis colebant, pūdere incepisset, eos hoc colore usos esse, ut omnes paene deos ad solem reuocarent, 7) cuius *uarios effectus pro uariis censerī numinibus* uolebant. 8) Quare, quum etiam Ioui, Herculi, Marti, aliisque diis nomen inuicti tributum uariis in locis MACROBII reperiamus, 9) hoc magis intelligitur illud tanquam proprium ad solem pertinuisse.

Itaque *inuicti* huius *natalem* quantopere gentes coluerint, illud indicio est, quod pleraeque earum, imprimis Septentrionales, annum

numis cognoscendi WILH. STÜCKLEY Carausii Imp. numos cum epigraphe ORIENS AVG. nescio quam uersimile faciat cufos esse XXV. Dec. Mithrae, siue SOLI INVICTO sacro, *the medallie history of M. Aur. Valer. Carausius, Emperor in Britain* Lond. 1757. p. 102.

6) Inscriptiones ueterum apud GRVTERVM, REINESIVM, SPONIUM existant eam in rem plurimae. Ita GRVTERVS *Inscript.* T. I. pag. 33. n. 9.

ΗΑΙΩΙ

ΜΙΘΡΑΙ

ΑΝΙΚΗΤΩΙ

et n. 6. SOLI INVICTO

ET LVNAE AETERNAE

Ita in REINES. Ep. p. 644. legitur

SOLI INVICTO

MITHRAE

VESTALIS

CAES. N. SER

ET C. VESTIVS

AVGVSTALIS

D. D

et ibidem p. 334. C. IVLIVS CAESAR DEO SOLI INVICTO altare ponit. Vid. ANT. V. DALE Diff. VIII. *ad antiquitat. et marmora* p. 16.

7) MACROBIVS *Saturn.* I. I. c. 17. p. 236. edit. Parif. 1585. in 8. id testatur: *Quod omnes paene Deos diu taxat, qui sub caelo sunt, ad solem referant, non noua supersticio, sed ratio diuina commendat. Si enim sol, ut ueteribus placuit, dux et moderator est luminum reliquorum, et solus stellis errantibus praestat; ipsarum uero stellarum cursus ordinem rerum humanarum, ut quibusdam uidetur, pro potestate disponunt: necesse est, ut solem, qui moderatur nostra moderantes, omnium, quae circa nos geruntur, fateamur auctorem - - ita diuersae uirtutes solis nomina diis dederunt, unde et uō nō sapien- rum principes prodiderunt.*

8) MACROB. c. 1.

9) L. I. c. 17. 19. 23. 27. uide VOS- SIVM *de Orig. et Progr. idololat.* l. 2. c. 12. 15.

C 2



annum a bruma inchoarunt, et, quæ eam antegrediebatur, noctem, singulari quodam elogio et cultu eximiam habuerunt. Græcos quidem, et inde ab Numæ Pompili temporibus Romanos, itidem annum a bruma incepisse, idonei auctores memorant. 1) Idem de Germanis TACITVS, 2) de Anglosaxonibus BEDA, 3) de Gothis Dānisque PROCOPIVS, 4) et WORMIVS 5) testantur: Vnde apud Septentrionis populos *natalis iste solis* non ei tantum mensi, in quem incidebat, verum etiam sequenti, quo scilicet solis adpropinquantis reditus magis etiam in sensus incurrebat, peculiaris

1) De Græcis ex *Plutarcho* PETAVIUS *Doctr. temp.* l. I. c. IO. probat: de Romanis autem ex *OVIDII Fast.* l. I. u. 163. constat.

Bruma noui prima est, ueterisque nouissima solis

Principium capiunt Phœbus et annus idem.

2) *De Mor. Germ.* c. 26. ubi de anni temporibus loquitur, ab hieme incipit uid. *CLYVERII Germ. antiq.* l. I. c. 33. Huius consuetudinis inchoandi animum a naturali inuicti, siue natiuitate Christi uestigia crebra in medio, quod uocant, æuo apud Germanos deprehendas. Ita annalium conditores ab hac natiuitatis Christi solemnitate, Martyrologia, Kalendaria ordiuntur. Ita et ALBERICVS *Chron.* ed. a. 1145. *boc anno incipiente in ipsa S. S. natiuitatis I. C. solemnitate* etc. ad a. 1146. *Sicque in orbem rediens natiuitatem domini celebravit, ibidemque incipiente anno 1146. etc.* u. *CL. BALTAVSII Calend. med. æui* p. 23.

3) De tempor. ratione c. 15. *Incipiebant annum ab VIII. Kal. Ian. die, ubi nunc natale domini celebramus.* Confer in *antiq. scriptor. de ratione paschali obseruat.* Amsterd. 1734. in 4. edit. p. 274. Eum in modum Annalistas Anglosaxones omnes

computare annum, dicit SPELMANN *Gloislar.* p. 418.

4) *De bello Goth.* l. 2. p. 441. ubi etiam de incolis insulæ *Thule* id non obscure innuit. u. *RVDBECK Atlaur.* P. I. c. 5.

5) *Danic. fastorum.* lib. II. c. 9. In scipionibus runicis annus a festo lucl incipit h. e. XXV. Dec. s. natali inuicti. Vide PETRI ELVII *ideam scipionis runici* p. 15. Talem exhibuit WORMIVS c. I. ubi ait pag. 109. *Festum natiuit. I. C. initium præbet horum fastorum, tum quod anni civilis Danorum initium ante aliquot sæcula exiterit, tum quod antiquiores fasti constanter illud retineant - - ut taceam solstitium hibernum, quo sol circumsuum ad nos dirigit, in hoc anni tempus olim incidisse, quo potissimum ueteres respexisse arbitror.* Hinc ex eius obs. apud Islandos, qui XX noctes Iulias uixit XX. an. ætatis.

6) BEDA *de Rar. temp.* c. 13. Saxones, refert, Decembrem Giulii priorem, Ianuariam Giulii posteriorem adpellasse a conuersione solis in auctum diei, quo unus eorum præcedat, alius subsequatur. Ipse sol ab VLPHILA dictus est Iul, eo, quod in star rotæ agitari et circum terram uolui uidentur. Nam Giul apud Britones Gothofque rotam significat. Confer *Versionem IIII Euangel. Goth. et Anglofax.* EX FR.



ria quaedam nomina peperit. 6) Quorum gentium quanta religio fuerit in ueneratione solis, tristitiam et asperitatem caeli, splendore ac calore suo discutientis, hoc quoque declarat, quod *natalem invicti* proprio et perpetuo titulo *Modra nest*, ut BEDA habet, 7) indicarunt. Est autem nox matris idem, ac Mithrae, siue solis, dies. Nam ueteres Germani, quemadmodum eius consuetudinis reliquiae in uocabulis *Weynachten* et *Fasnachten* supersunt, 8) temporis spatia non dierum adpellatione, sed noctium desinierunt. Quae illorum erga hunc INVICTI NATALEM reuerentia

IVNII edit. ibique notas THOMAE MARESCHALLI p. 520. et RVDBECK. P. I. c. 28. p. 898. Hinc LOCCENIVS in *Antiq. Sueogoth.* c. 5. p. 35. obseruat in scipione runico diei XXV. Dec superimpositum esse rotae signum.

7) L. c. c. 15. *Modranect. i. e. matrum* appellabant noctem ob causam, ut suspicamur, ceremoniarum, quas in ea perwigiles agebant. 108. SCALIGER de *Emend. temp.* l. 2. p. 170. putat, dictum fuisse, *vox reueroz*, quasi illa esset parens et princeps omnium reliquarum noctium, in pote a qua caput anni civilis sumeretur. Sed rectius redditur *nox matris*, idem ut sit, ac matris dies. Vocabulum noctis apud Anglofaxones aliosque populos Germanos semper de die intelligendum est. Computabant enim non dierum numerum, auctore TACITO de M. G. c. XI. sed noctium, ut nox ducere diem uideretur, uix alia ratione, ac de Gallis CAESAR. de B. G. l. VI. c. 18. Spatia omnis temporis non numero dierum, sed noctium finiunt, et dies natales et mensium, et annorum initia sic obseruant, ut noctem dies subsequatur. Dies autem matris erat dies Mithrae. Vox Mithrae est Persicum *Mader*, et Graecum *μυρα*, cui respondet Germanorum *Murzer*. Linguae enim Germanorum cum

neteri Persarum conuenientiam pridem agnouit SALMASIVS P. II. c. 3. p. 395. de *ling. hellicis*. Hanc matrem Persarum Germani idololatrae in deorum numero habuerunt; hanc Septentrionis populi cum Persis, tanquam feminam miracunditatis coluerunt: unde uocabulum Sol hodieque apud nos est feminini generis, luna contra masculini: die *Sonne*, *der Mond*. u. MARESCHALLI *Obseruati.* ad 1111. Euang. Goth. et Anglofax. p. 512. Quae Mithra dea, ut ex HERODOTO discimus l. 1. n. 131. p. 56. diuino a Persis cultu, inde ab antiquissimis temporibus affecta est. HADR. RELANDO *diss. miscell.* P. II. p. 200. dea Nanaea, quia Nanae Persis est mater, eadem, quae Mithra uidetur. An uero per *reginam caeli* IEREM. VII. 18. XXXXIII. 17. 25. Mithra intelligenda sit, incertum est. Ab aliis caelestis quidem dicitur. AMBROSIVS c. *Symmach.* l. V. ep. 31. scribit: *Quam caelestem Afri, Mithram Persae plerique Venerem colunt, pro diuersitate nominis, non pro numinis uarietate.* Caeterum hanc deam Persarum, quum reciperent aliae gentes, quae solem, quem eius nomine significari credebant, masculam uenerabantur, Mithram deam in deum commutarunt. uid. HYDE de *Relig. Pers.* p. 113.

8) Adde, quod dicimus: die *zwoelf Naechte*.



tia effecit illud etiam, ut dies eum proxime insequentes XII. singulari cura et diligentia obseruarent ac numerarent, 1) opinor, non quod efficaciam eis uel sanctitatem aliquam superstitiose attribuerent, sed plane, quia solis in dierum augmentum conuersi reditus, non nisi a speculantibus per illam dodecaden animaduerti potest. 2)

Transegerunt autem profanae gentes solis noui diem omnis laetitia genere, ludis, epulis ac comissationibus institutus: ut nulla facile, praeter hanc *natalis inuicti*, sollempnitas repeririatur, quae aequae omnium gentium animos occuparit. 3) De festi-

*Naeche.* Hodie quoque in Anglia *se-nicht* septem dierum spatium s. hebdomadem notat, quasi *seuennicht*, septem noctes; *formicht* quatuordecim noctes. u. SPELMANNI *Glossar.* p. 416. DITMARIUM ad Tacitum de M. G. c. II. p. 70. et LOCCENIVM c. I. c. 4. p. 24. Nec alienum uidetur adnotare uocabulum *Weynachten*, cuius deriuationem aliqui longe petitam dederunt, inprimis a *uino*, quia olim hoc tempore apud uet. Germanos alius alium uino donauit, etiam fontes uini saporem tempore nati Christi habuisse crediderunt, rectius deriuari ἀπὸ τοῦ πνεύματος, ab initiando et consecrando, quia hac nocte sancta ob sanctum sanctorum in ea naram sumus Christo initiati, et Deo in aeternum consecrati. Adparet hoc quoque ex uocabulo *Kirchweyhe*.

1) Ideo hi dies constituebant peculiarem quasi epocham, quos a reliquis anni diebus hac ipsa adpellatione *die Zwölfren*, quam eis per excellentiam tribuerunt, distinctos uolebant. Vnde litterae medii aevi cum publicae tum priuatae, in diebus numerandis, eos ad hanc epocham referunt, u. c. *Mittwoch nach dem zwölften Tag; an dem Sammetag vor den Zwölfren.* Quod quam frequenter occurrat, docuit multis exemplis *Celeber.* HALLAVSIVS *Calend. med. aevi* p. 38.

2) Eam ob causam haec duo signa, Cancer et Capricornus solstitialia dicta sunt, quod ubi sol ad ea profectus est, antequam eius ad septentrionem euectio, aut in austrum declinatio, manifestior facta sit, stare aliquandiu credatur. Aurguria, quae per hos dies ex caeli et tempestatis obseruatione rusticorum natio apud Germanos, Britones aliosque Septentrionis populos, capere solita est, si superstitio abest, non uidentur profusius reiicienda esse, quum notabilis sit conuersio naturae circa brumae tempus. u. P. H. CAMERARII *Hor. subces.* Cent. I. c. 95. Quas exercet eo tempore alias superstitiones uulgi hominum, ut u. c. a sacrificio abstineant: ne mures domum, et a pilis, ne ulcera corpus, infessent, equis uenam secent, et ad euertendos, aut repellendos bombardae globos Iohannis euangelium collo suo adpendunt: eas merito, tanquam paganissimi reliquias, auefamus et detestamur. u. IOH. PASCII *Dodecad. natalis.* diss. Vit. 1683. hab. Erot. I.

3) Vid. M. F. IVRIEV *Histoire critique des dogmes et des cultes de l'Eglise*, VII. *Traite du culte du Soleil* p. 711. et *Pl. Reu.* IOH. FR. PLESSING, *von Ursprung der Abgötterey* T. II. Sect. IIII. c. 6. ubi



festiuitate, quae apud Persas die Mithrae obtinuit, et de ludicris eorum hac occasione institutis, quaedam in litteras retulit THOMAS HYDE, 1) Germanos, qui eiusdem originis scythicae cum Persis existimantur, saeculo adhuc P. C. N. VIII. per luxum atque lasciuiam transgressisse solis noui tempus, ex BONIFACII ad Zachariam P. R. epistolis non obscure cognoscimus. 2) Populos septentrionis axem spectantes suo Iul die sollempnes epulas hilarem in modum agitasse, 3) nisi scriptores commemorarent, notae, quae in scipionibus runicis *natali solis* additae conspiciuntur, planum

abi de Mithra notatu dignissima habet.

1) De relig. Persar. c. XVIII. p. 236. de ludicris, in natali solis institutis hunc in modum scribit: *Hac quidem nocte ubique festiuales ignes accendunt, et reges ac principes accipiores aues et alia animalia, et eorum pedibus alligantes herbas aridas, eas igne accendunt, et ignitas reddunt, et sic flammanes dimittunt, ut uolent et currant per campos et montes, et hoc modo omnia accendant. Alius quidem Persa refert, quod ignes festiuales ac geniales hac die et nocte accendebant, et omnis generis cibos apparabant, et quod, ut dictum, reges ipsi solebant feras ac uolucres capere, et earum pedibus siccatum herbarum fasciculos alligentes, eosdem incendebant, et deinde in aerem et per campos dimittebant nocturno tempore, et hoc modo flammae ignis efferebantur, ita ut totus aer totaque terra accensa uideretur, et tota regio appareret inflammata, quum dicta animalia per aerem uolando, et per campestria ac montes discursitando, siccatas herbas, ut et in Oriente, et aridum foenum ubique per totam regionem accenserent. Missis autem ineptis hinc rariis, uera ac primaria huius noctis celebrandae causa fuit, quia ea erat totius anni nox longissima, hieme ea nocte quodammodo desinente, quum*

*exinde dies inciperent esse longiores, et noctes breuiores. Ideoque bruma iam uitura, lacti ignes festiuales accendebant, enebricosissimam et longissimam totius anni noctem hoc modo illustrare et pellere satagenes. Eodem fundamento nisi uideretur consuetudo in Anglia, speciatim in comitatu Salopiae, ut haud procul ab interdicto tempore, scilicet nocte diei Epiphaniae, ignes festiuales accendantur in summitatibus collium, et alius locis editioribus, in gaudium propter elapsam facitrem hiemis, et sine adpropinquantis ueris.*

2) OTHLO Vit. S. Bonif. l. 2. c. 2. pp. NIC. SERARIVM Rer. Mogun. l. 3. p. 377. exhibet litteras Bonifacii ad Zacharium P. R. ubi conqueritur, in illa nocte uel die eos paganorum consuetudine choros ducere per plateas, et acclamationes ritu gentilium et cantiones sacrilegas celebrare, et mensas illa die uel nocte dapibus onerare.

3) De Septentrionalium Inlerog multa habet IANVS BURCHERODIVS in *Disquisitionibus Antiquar. Hafniae* 1688. ed. Suonum morem festum hoc celebrantium recenset ex Rudbeckio WILHELMUS ERNESTVS TENZELIVS in *den monatl. Unterredungen* m. Mai. a. 1690. p. 458. *Wom die Sonne wieder kam, empfangen sie selbigo mit Opfern, Spielen und andern*



id nobis facerent. 1) Apud Romanos autem celebratum fuisse *natalem inuicti* et anniuersariis sacrificiis, et magnificentissimis ludis, notissimum est, quum exisset luculenta in primis memoria eius rei apud IULIANVM IMP. 2) et CORIPPVM, 3) qui hos ludos, auctor est, ad principum Christianorum honorem deinceps esse transfatos. 4)

Neque uero receptis in Romano imperio Christianorum sacris, hi ludi statim exulabant. Nam, ut est hominis animus prauitatis, etiam didicerant ad auctorem Deum, tanquam ad fontem atque originem lucis, beneficium redeuntis cum sole omnium

dern Festiuitaeten, welche so tief eingewurzelt, daß sie bey Annehmung des Christenthums nicht gänzlich abgehabt worden konnten. Sondern so viel ihrer nicht eine oeffentliche Abgoetterey in sich bielten, auf das Weynachtsfest transferiret worden, und noch heut zu Tage durch ganz Schweden gebrauchlich sind. Die alten Heyden jatzten vor ihre Haeuser zweene Tannenbaeume kreuzweise über einander, und frissen und soffen 19. Tage lang. Die heutzigen haben noch den Gebrauch mit den Bäumen und dem 19. tagigen Schmausen. Die Alten opfereten der Sonnen einen Eber. - Sie vermeinten, die Sonne kroech nach vollbrachtem jaehrlichen Lauf in eine Hoelle, rubete darinnen aus, und ließe ihre Pferde an der Weide geben. - - Ueber diß hatten die Weiber ein Brodt gebacken in Gestalt eines Ebers, welches sie Iulegalt genennet, das hernach von den Ackerleuten und Pferden verzehret, theils mit dem Saamen auf's Land gestreuet worden. Die Bauern und andere backen auf den Christabend amnoch den Iulegalt, legen ihn die 19. Effstage über auf den Fisch, vom 25. Dec. bis 13. Jan. und heben ihn auf bis zur Saatzeit. Der Fisch bliebe das ganze Fest über gedeckt, und was sie von der Zeit mit essen, trinken, schlafen, nicht passirten, das bracheten sie vollends mit Spielen, Iulecker

genannt, zu. Sie empfingen die wiederkommende Sonne mit angezündeten Wachskerzen, und schickten einander Geschenke zum neuen Jahr, die sie Iulegaltwor und Nyärgäfwor hießen.

1) His in scipionibus runicis denotatur festum figura cornuum, qualia ad computandum adhibebant. Epius autem et conuulationibus communem lactiniam significabant. Vide *ELVII Idem scip. run.* p. 39. inprimis eius diss. de festo Iuliorum. Habetur etiam interpretatio eiusmodi Calendarii Runicæ c. ßggæen. Vol. III. der Sammlung der ausgefuchten Stücke der Gesellschaft. der Fr. h. zu Leipzig p. 390. f. 99.

2) Orat. in Solis laud. Opp. ed. Lips. p. 131. *Ἐπεὶ οὖν ὅπως οἱοί τε ἄμην, ἕμεν-σάμεν ἀντιοῦ τὴν ἱερτὴν. ἢ ἡ βασιλείουσα πόλις ἐπιτησίους ἀγάλλει Ἰουσίαις.* Et p. 156. *Ἐπὶ τῆς νεομίας, ἑυδίας μετὰ τὸν τελευταῖον τοῦ χρόνου μήνα, sed eicit hanc uocem Petauius, Cuperas τὴν τελευταῖαν τοῦ χρόνου ἡμῶν legit, ποιούμεν ἡλίω τὸν περιφωρίεσταιν ἀγάλλει, τὴν ἱερτὴν. ΗΑΙΩ καταφωρίεσταιν ANIKHTΩ.*

3) de laudibus IVSTINI L. I. v. 314. *Solis honore noui grati spectacula circi Antiqui sanxere patres.*



um rerum foecunditatis referendum esse, nihilo minus tamen, quasi profano illo more irretiti tenerentur, *natalem invicti* diu etiam festum ac ludicrum habuerunt. Romae praesertim, ubi gentilis superstitio radices tam altas egerat, ut uel iis temporibus, quibus pridem exstirpata credebatur, itentidem repullaret. 5) Dimidio saeculi P. C. N. IIII. legimus, natalem hunc *inuisi* Romae ab iis quoque celebratum esse, qui Christiani *uel uere erant, uel esse dicebantur.* 6) Quare, quum eius diei religionem, ipsa ueritate quasi robustam, ex animis hominum euelli non posse iudicarent urbis Romae episcopi, necessitatem in rationem uertentes,

NATA-

4) *lsc. u. 340. p. 50.**Hunc ueterum primi ritum non rite colentes,**Esse Deum Solem, recta non mente putantes,**Sed factor solis postquam sub sole uideri se uoluit, formamque Deus de uirgine sumsit**Humani generis, tunc munere solis adempto**Principibus delatus honor, munusque Latinis,**Et incunda nouae Circeisia gaudia Romae.*

5) Exemplo esse possunt certamen Symmachi et Ambrosii de ara *Victoriae* in Curia constituenda, et quod ex *GELASIO BARONIVS* in *Annal. Eccl.* ad a. 496. recitat, Romae sub finem Saec. P. C. N. V. dixisse Christianos, *ideo morbos gigni, quia deo Februario non liberetur.* Plura adfert, dum *WARBURTONI* sententiam oppugnat, *Cl. HAMBERGER* in *enarrat. rit. gentil. in sacra Christ. transl.* pag. 7. 8. Quando ad *Zachariam* P. R. scribit *BONIFACIVS*, quosdam in Germania increpatos a se

ob ethnicas consuetudines, dixisse *Romae exemplo se uiuere, ibique uidisse in nocte, quando Kal. Ianuariae intrant, ritum gentilium multa fieri, choros, adclamationes etc.* quando idem rogat, haec in Romana urbe prohibeantur, profectus euangelii impeditura: *ZACHARIAS* respondens, non negat, *pogonias et auguria Kal. Ianuarii gentili more obseruari apud beatum Petrum; illud tantum adfirmat, se, ex quo pontifex factus esset, haec omnia ampuasse.* apud *NIC. SERARIUM* *Res. Mogunt.* l. III. p. 382. siue *OTHL.* l. 2. c. 2. et 3. Id si Romae factum est saeculo P. C. N. VIII. quo tempore formam doctrinae et pietatis Roma petere consueuerant, qui praecones euangelii inter gentes agebant; quem non gentilissimum credibile est ibi regnasse nondum longo usu quasi roborata Christiana doctrina?

6) In Constitutione *THEODOSII II.* haec diuisio occurrit, non fallaci argumento Saec. V. Romae non omnes fuisse Christianos, aliquos religione ab usos. *Cod. Theodof.* L. XVI. Tit. X. l. 24.

D



NATALEM INVICTI, retentis ex eius et Saturnalium celebritate plurimis ritibus, in NATALEM CHRISTI commutarunt 1) non quod Christum ipso illo brumae tempore natum crederent, 2) sed ut, si eodem tempore natalis eius perageretur, facilius natalis ille *inivicti* aboleretur. 3)

Iam enim tranquillatis rebus Christianorum, et imperio ad eos deuoluto, facti gentiles ad eorundem usum et rationes adcommo-  
bantur. Itaque, qui hanc operam susceperant, annum, diei cuiusque Christianis festi, sollempnitatem distinguendi, quum natales deorum et prin-

1) Primus ab ethnicis profectam I. C. natalis celebritatem statuit IOH. HÄRDVINVS, Ignatianus sodalis, in suo *An-  
tirrhetico* p. 65. et traditionis in romana ecclesia auctoritatem hac ratione infringere conatus est, non cogitans, HIERONYMUM VECHIETTI itidem *Iesuram* ob apostolicam festorum, excepto paschate originem in libro *de sacr. tempor. ratione* Aug. Vindel. 1621. in fol. ed. negatam, martyra chronologicam factum in carcere vitam finivisse. Ornarunt deinceps hanc sententiam I. G. GRAEVIVS ad *Lactant.* de M. P. p. 185. P. I. GE. CHR. HAMBERGER V. Cl. cit. diss. *Goettingae* 1751. hab. I. C. MACHER. *Progr. Geracae* 1753. ed. Amplexi sunt eandem sententiam SAM. BASNAGE, *Annal. topolit. eccl.* T. I. p. CASP. CALVOERIVS *Ritual. Eccl.* P. II. p. 165. nec obscure adfensum praebet B. BAYMGARTENIVS *Progr. de mense et die nati I. C.* Halae 1740. p. 14.

2) VECHIETVS, l. 5. c. 18. proficitur de natiuitatis I. C. die XXV. Dec. institutione: *Omnino dicendum, ipsam non nobis proponere, ut credamus Christum dominum vere in illo tempore natum esse, sed ut tempore illo eius festum peragamus.*

3) Feecerunt hoc romani pontifices, in

pluribus festis, ut ea ex paganis in christiana conuerterent, non paucis ritibus retentis. Quo consilio videntur voluisse obuiam ire pertinacii paganismo, quem rei in totum sublati irriterent. Ita ad profana, quae Kal. Sextil. fiebant, *Augustalia* tollenda, vel rebus consecranda, ordinatum fuit a Pelagio I. P. R. *festum Petri ad vincula*, ut habet MICH. ANG. MONSACRATI diss. *de ceteris Petri Romae* 1750. in 4. ed. p. 32. Ita *Festum Carbedrae* Antiochenae istius apostolorum primi, quod etiam *festum epularum Petri* apud DVRANDVM *Ration. diu. Offic.* l. VIII. c. 8. uocatur, ad consuetudinem profanarum epularum, de quibus OVIDIVS *Fast.* II. u. 443. a gentilibus eo tempore dari solitarum, dissoluendam ac praecidendam institutum fuit, docente PET. ZORNIO diss. *de nataliis carbedrae Petri* T. II. *Opus. Sacr.* Pari ratione festum *purificationis Mariae*, *Ἐπιφάνεια* Graecis dictum, saeculo P. C. N. VI. Gelasius P. R. ad abroganda Lupercalia, mense Februarii Romae agi solita, inuexit, ut populus a febris, siue lustrationibus profanis, quae, mulierum romanarum turba, accensas faces manibus gestante, in memoriam raptae a Plutone Proserpinae, publice fiebant, auocaretur. Quibus iisdem Romanorum *Februualibus* originem debent, quae eo die apud  
Pon-



principum quadam festiuitatis nota insignitos uiderent, Seruatoris nostri opt. max. natalem, quem primi Christiani metus caussa non celebrabant, simili nota et ipsum insignire uoluerunt. 4) Sed, quum partim uerum diem ignorarent, partim profana festa, quibus populus aduectus esset, in christiana reformare uellent, nulum in romano Calendario diem festum *Natali Christi* commodius assignari posse, quam *natalem inuicti*, crediderunt. Quod circa medium III. P. C. N. Saeculi auctore Iulio I. Ep. Rom. forsitan factum est, 5) ut ex IOHANNIS *Archiepiscopi* NICAE-

NI

Pontificios instituuntur, processiones hominum cereos gestantium et consecratio candelarum, quae deinceps ei dici nomen festi candelarum, *Lichtmesse* imposuit. V. MYSSARD, *les Conformites des Ceremonies modernes avec les anciennes, ou il est prouvé, que les Ceremonies de l'Eglise Romaine sont empruntées des Payens etc.* chap. 6. et Obseruat. Anonymi, *Versioni Germ.* adiectas Not. 45. p. 75. IOH. MOEBII *diff. de Hyppante*, L. A. SCHMID, *Prolus. Marian.* VII. p. 116.

4) Si quid uidemus, fuit hoc oppido contrarium sapientissimo Dei consilio, reticentis diem natiuitatis Christi propterea, ne in regni eius fraudem sacrosanctus ipsius natalis gentilium principum natalibus par poneretur, aut profanis ritibus deformaretur. Praeclare, ut omnia ostendit cur primi Christiani natalem Seruatoris nostri non celebrarint b. BAYMGARTENIVS *Progr. de sollemnium Christo nato sacrorum originibus* p. 123. *Collect.* *Progr. BAKIANAE: Quum principes, penes quos summa rerum erat illo tempore, hac praerogatiua gauderent, ut natales ipsorum, quibus in lucem editi, et ad imperium euecti fuerunt, publice a ciuibus celebrarentur, amique ab illis numerarentur: primi Christiani, quibus natalis Christi notior esse poterit, et certior procul dubio fuit, quam a nobis iam omni ad-*

*hibita cura exputari potest, non sine sapientii consilio et diuina providentia sibi temperarunt ab eiusmodi sollemnibus, ne seditionem regnumque peculiare medicari putarentur, bestibusque suspicacissimis atrocissimae calumniae rebellionis, quam molirentur, uel leuissimam ueri speciem conciliarent.* Induebat etiam eo tempore uocabulum natalis ethnicum et multo alium significatum, quam antea in ecclesia habuerat. Vocabulo enim in ecclesia uis atque potestas subiecta erat ea, qua notabat diem non, quo natus, sed quo denatus et meliorem ad uitam, quae uera uita est, renatus Christianus fuerat u. CASP. SAGITTARIUS *Tr. de nataliis martyrum.* *Nataliria episcoporum* dicebantur illi dies, quibus cathedram acceperant, si sacrum munus auspiciati fuerant. *Natalis calicis* adpellabatur dies Viridium, quia eo die natus seu institutus calix fuerat. u. IOACH. HILDEBRANDI *Tr. de natali. ueterum sac. et profanis.*

5) Huc animum aduertat et uideat PHIL. a TURRE, qui in *monumentis uet. Aevi* P. II. c. 6. quaerit, an natalitas Christi in natalem Mithrae sit translata? quod negat, factum esse: quumque credat, ab initio ciuitatis christianae VIII. Kal. Ian. sollemne fuisse nati ex Maria Seruatoris, diabolo auctore factum esse, satis immature iudicat, ut Mithrae tur-

pissima

D 2



NI 1) narratione colligitur. Is enim duobus in locis mentionem facit natali Christi in diem XXV. Decembris a Iulio patriarcha fixi. Priori loco, ait, illum collatis inter se mensibus Hebraeorum et Romanorum, inuenisse, Christum natum esse die XXV. Dec. 2) altero commemorat, eundem, suadente Cyrillo quodam Hierosolymitano, coniuncta in VI. Ian. diem festa, Christi nati, aquis Iordanis per Iohannem Iustrati, et miraculum Cananicum edentis, quae tria festa primi Christiani Epiphaniam uocabant, separasse, et natalem Christi die XXV. Decembris agi atque celebrari iussisse. 3) Quae narratio, etsi scriptoris est multo et recentioris, et uanioris, quam ut satis locuples auctor haberi mereatur, non tamen ideo

pissima sacra in diem Christianis san-  
ctum transferrentur.

1) Tr. de *Natiuitate Domini* Gr. et Lat. notis illustratum exhibet FRANC. COMBESIVS *Auctarii notii Biblioth. Parr. Graecolat.* T. II. p. 297. Est ille Tr. *epistola ad Zachariam Catholicum maioris Armeniae*, in qua disquiritur, quando illud festum seorsim ab Epiphania celebrari coeperit. GVIL. CAVEVS, *Diss. de Scrip. eccl. incertae aetatis*, quae est ad calcem *Hist. litter. Scriptor. eccl.* putat, Saec. X. uixisse Nicaenum. p. 10. edit. nouiss. u. Fos. SIM. ASSEMANN, *Biblioth. Orient. Clement. Varic.* T. II. p. 164.

2) Affirmat nimirum *huc in modum Iulium Rom. patriarcham menses Hebr. et Rom. composuisse: a quo tempore coepit Romana ecclesia laetis gaudiis celebrare natalem Soluatoris diem XXV. Dec. tradidisseque celebrandum uniuersis ecclesiis.* Iam uero scimus Iulium I. pium fuisse episcopum, nouimus eius de incarnatione epistolam ad *Prostocium*, quam *Pl. Reu. IOH. GOTTL. EHRlich* ex Cod. Oxon. edidit. Lips. 1750. prodere acumen Iulii theologicum, sed astrologum et chronologum eum haud scimus.

Quando *Pontificale Rom.* quod ex *Varic. Romae* 1724. in 4. edidit IOH. VIGNOLIVS, pag. 112. Iulii constituta narrat, non memorat, eum calcules subduxisse in definienda Christi natiuitate. Addit deinde NICAENVS Basilium M. in suis morali-  
bus non modo signasse optimi Seruatoris natalem diem XXV. Dec. sed etiam Gregorio Naz. in mandatis dedisse, ut in Synodo Constantinopolitana dies XXV. Dec. declararetur ac celebraretur, sed quosdam non adfuisse.

3) Fabula est, quam narrat I. c. exstare constitutionem apostolicam IACOBI, quae natiuitatem et baptismum Christi die VI. Ianuarii coniunctim celebrari praecipiat. Quum Cyrillus quidam Iulium per litteras rogasset, ut omnia Iuldaeorum scripta, quae Titus Hierosolymis Romam adportasset, euolui, et nati Iesu diem inuestigandum citaret; romanum episcopum, Iosephi Chronographi libellum inuenisse; in quo dies consignata fuerit, qua angelus ZACHARIAE sacra facienti apparuerit. Itaque calculos subduxisse Iulium et inuenisse, Christum die XXV. Martii conceptum esse. Conuenit cum hac narratione Ioh. Nicaeni quod est apud *auctorem Legationis Manu-*  
clis



ideo eius omnia statim reiicienda, sed potius cum iudicio et delectu erunt accipienda. Itaque, in quo neque a probis auctoribus, neque adeo a verisimilitudine recedit, in eo citra credulitatis ludibrium fidem illi tribuimus, ut Julio I. P. R. auctore factum esse dicamus, ut *natalis inuicti* transferretur in *natalem Christi* 4) ac commutaretur.

Neque illud fide caret, si ab anili, quam admisit, fabula abeamus, quod ait diem XXV. Dec. ab Orientalibus, quibus, ut intelligitur, fucum fecit et calculis suis imposuit Iulius P. R. Occidentalium exemplo receptum fuisse. 5) Nam id probatur testimonio IOHANNIS CHRYSOSTOMI. 6) Postquam

elis Comneni ad *Armenos*, S. THEORANI *Disputatione cum Cathol.* gr. et lat. a LEVNC LAVIO edita p. 134. *Αἰγυπτί γάρ, ὅτι ὁ θεὸς Ἐπιφάνιος, ὅτε ἐξ Ἐβραίων ἦν ἐκ τῆς τῶν Ἐβραίων γραφῆς καὶ ἰωσήφου τῆς χρονολογίας ἐβεβαίωσεν Δεκεμβρίῳ καὶ τὴν γέννησιν ἰοεταλέσθη τῆ Σωτήρος. Τούτω φασὶ συμφωνεῖν, καὶ τὰς ὑπὸ τῆ Τίτου ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Ρώμην ἀχθῆσθαι γραφάς, ὅτε ταύτην αὐτὸς ἠχμαλώτισεν.* Nihilominus tamen commentis mire deformata sunt, quae NICAENVS profert, ut vitio uertendum non sit, TH. ATTIGIO, si IOHANNEM explodat, eique Iosephum suum Chronographum, aliaque Hebr. monumenta, quae a Tito Romam deportata et sequentibus temporibus a papa IULIO inuenta fingit, cum aliis ipsius somniis censere relinquenda. *Append. de haeresiaribus aeni apostol.* Diss. III. p. 390. Quae etiam causa est, cur b. IOH. LAVR. MOSHEMIVS scribat: *quae de Iulio I. P. R. feruntur, nascentis Christi memoriam ex die VI. Ian. ad, d. XXV. Dec. transferente, ea mihi parum certae fidei uidentur esse.* Institution. H. E. p. 177. edit. 1755. in 4.

4) Hunc in modum iudicat FR. PA-

GI in *Vitis Pontif. Rom.* T. I. in uita Iulii I. et multus est in discutiendo, quid ueri in ista insit Iohannis narratione pag. 50. edit. Luc. 1729. in fol. COMBESIVS in *Noris* ad Nicaenum p. 310. uix aliquid ex antiquioribus monumentis apponi posse iudicat; et, quod ad fundamentum narrationis attinet, suo adfensu illud iudicium comprobatur ALPH. des VIGNOLES *Diss. touchant le jour de noel, dans la Bibliothèque Germanique* T. II. p. 29. interim ipse tam Latinorum, quam Graecorum sententiam relinquit, et *natalem Christi* esse uult diem XX. Maii, qui dies antiquissima traditione nitatur.

5) Ostendit hoc ex nonnullis Patrum ecclesiae locis PAGIVS c. I. Vt ex GREGORII NYSSENI *Orat. funebri in Basilium*, ubi ille ait, memoriam Basilii diebus aliquot, post Christi natiuitatem, incidere. Hic PAGIVS demonstrat, diem Basilii fuisse Kal. Ian. atque inde concludit, GREG. NYSSENI temporibus, Asiaticos Christianos d. XXV. Dec. natiuitatem domini credidisse, et quae alia loca adfert.

6) Memoratur NICAENVS c. I. HONORIUM



quam enim Romana consuetudo sic inualuisset, ut omnibus ἀπὸ Θεσσαλονικῆς μέχρι Γαλιλαίων συνοῦσα esset communis, 1) Orientales, quasi non melius diem natalem Christi scire potuissent, 2) eo libentius illam admiserunt, quo magis tum interesse religionis iudicabant, multiplicari numerum festorum Christianorum. 3) Neque enim memoriam tantum natiuitatis Christi, uerum etiam eorum beneficiorum omnium, quorum memoria coniunctim uno *Epiphaniae* festo celebrabatur, separatim peculiaribus festis recolendam statuerunt. 4) Recepta est autem Romana ista consuetudo primum a *Constantinopolitanis* saeculo IIII. 5) deinde ab ecclesiis *Aegyptiacis* 6) et *Hierosolymitanis* saec. V. 7) Denique

rium Iap. quum aliquando Byzantium uenisset, fratri suo Arcadio narraſſe, Romanos festum natiuitatis et baptisimi Christi non celebrare amplius coniunctim, sed separatim. Arcadium, simul quum haec audiisset, eam rem Iohanni Chrysostomo indicasse, qui quidem hanc consuetudinem festum natiuitatis proprio die celebrandi cum gaudio recepiſſet. Accerſitum ex Cypro Epiphanium, eandem ex Haebraeorum scriptis et ex Iosephi Chronographia confirmasse. Itaque scriptas litteras fuisse ad Theophilum Alexandrinum, Iohannem Hierosolymit. et Flavianum Antiochenum et reliquos Patriarchas, qui omnes adeo in Romanae ecclesiae sententia adqueuissent. Quae fabula ita manifestis erroribus scatur, ut confutatione non egeat. Interim tamen delatam ad Orientales Christianos hanc esse consuetudinem, ex CHRYSOSTOMO cognoscitur. Is *Homil. XXXIII. T. V.* uix de centennium esse ait, ex quo dies XXV. Dec. tanquam natalis Christi Orientalibus certo innotuisset. Οὕτω δέκατον ἔστιν ἔτος, ἐξ ἧ δὴλῆ καὶ γινώσκωσιν ἡμῖν αὐτῶν ἢ ἡμεῖς γινώσκωσιν. Et paucis interiectis, ait, eum diem esse οὗ πρὸ πολλῶν ἐτῶν ἄρῃσιν.

1) Ita CHRYSOSTOMVS I. C.

2) Qui *Theſaurum ſacrorum rituum* BARTH. GAVANTI cum nouis obseruat. et *additionibus* edidit CAIETANVS MARIA MERATI Romae 1736. in 4. negat, Orientales melius scire potuisse I. C. natalem, imo contra T. II. Part. IIII. p. 846. Romanis eius rei gloriam tribuit. Postquam enim multa de Iulio I. studio eruendi natalem Christi ex Pagi *Vitis P. Rom.* maxime, repetit: Sic inferitur, inquit, Iulio Papae adscribi non posse huius sollempnitatis institutionem, quum eo antiquior fuerit; sed tantum dicto Pontifici tribui posse, quod in ecclesia Occidentali, et etiam in Orientali, die XXV. Dec. incoeperit celebrari, Romana autem ecclesia rectius natalem I. C. rescire potuit, eaque de re ceteras ecclesias docere, ex quo, quod natalis Domini dies inuente censu Augusti Caesaris in Iudaea eueniret, atque ista magna cura Romae seruata fuerint. Atque hinc est, cur Romae quis fuerit natalis I. C. dies, melius, quam alibi, rescire poterint, celebratus. Sed monimus iam pag. 6 et 7. fieri non posse, uel tale quid tabulis census Augustei comprehensum fuerit, uel ipsae tabulae seruatae, nedum a quoquam inspectae fuerint.



nique seculo VI. Asiaticorum morem de VIII. Id. Ian. de loco penitus mouisse uidentur.

Sed ritus illi, qui circa tempus natiuitatis Christi, et olim, et hodie quoque apud supersticiosos obtinent, satis indicant, hoc festum *natalis Christi* in locum successisse *natalis inuicti*, unde quasi fiduae illae gentilissimi maculae in animis uulgi haeserunt. Quamquam et ex saturnalibus, quae *natalem inuicti*, ut saepius dictum est, proxime antecesserant, non paucas ceremonias praua aut misera hominum superstitio sumsit, atque ad ferias natiuitatis Christi adcommo-  
dauit. 8)

Satur-

3) Erant initio praeter *Pascha* et *natalia martyrum* uix festa quaedam in ecclesia, sed temporibus Constantini M. ad consuetudinem gentilium adcommo-  
bantur multa. Itaque, quia magnus apud illos erat numerus festorum, etiam apud Christianos eorum numerus adcre-  
cebat. Historiam, quo modo multiplicata fuerint in ecclesia, ordine temporis persequutus est ROD. HOSPINI-  
ANVS de Orig. fest. Christ. c. IIII. Hinc que-  
rela POLYD. VERGILII. de Rer. in-  
uentor. VI, VIII. p. 396. Dies alii  
aliis, festi festis, ex paruis quandoque  
caussis adcumulari sunt. Atque belle er-  
nicos perinde in hac re, ut in nimis multis  
aliis, accumulatur: quod tantum absuit ut  
maiores nostri fecerint, ut etiam illud  
ipsum audacter ethnicis uitio dederint; te-  
stis Tertullianus in apologet. - - Faxit  
Deus, ut Pontifices nostri tandem aliquan-  
do istos dies festos utiles reddant. Non-  
dum huic uoto satisfactum est, quamuis  
rem tentante ante aliquot annos Ene-  
dico XIII. Nondum apud Italos sabla-  
tae sunt profanationes festorum, quas  
memorat auctor libri *Cérémonies et coût-  
umes religieuses de tous les peuples du monde*  
T. II. p. Quaedam, inquit, in hono-  
rem amicorum suarum diebus festis di-

uarum, quarum illae forte nomina ge-  
runt, missas recitari iubent, ueterique  
templa iis ornamentis, quae non minus  
ad amatoris dominam, quam ad ecclesiae  
referri possunt Sanctam.

4) uid. IOS. BINGHAM Vol. VIII p. 67.

5) IOH. CHRYSOSTOMVS l. c. ad  
Gades usque habitantibus hanc consuetu-  
dinem tribuit: et GREGORIUS NAZ.  
Homil. XXXVIII. in *Θεοφω.* quae Con-  
stantinopoli die natali Christi habita fuit,  
dicit, festum Epiphaniae diebus aliquot  
post sequutarum.

6) Id planum est ex titulo *Homiliae*  
PAULI EMISENI, quae est in *Actis Con-  
cil. Epbrsini* P. III. c. 31. T. III. Concil. p.  
1096. *Homilia Pauli ep. Emis. habita*  
XXV IIII. mens. Chioac in magna ecclesia  
*Alexandr. praef. ne Cyrillo de ueritate*  
*Domini I. C.* Est autem d. 29. Chioac d.  
XXV. Dec. ISIDORVS PELUSIOTA l.  
III. ep. CX. Theophaniam et Epiphaniam  
tanquam duo diuersa festa commemorat.

7) IUVENALIS Saec. V. consuetudi-  
nem celebrandi XXV. Dec. *Hierosolymis*  
introduxisse dicitur in *narratione antiqua*,  
quam ex *cod. mscr.* exhibet COTELERI-  
VS Par. *Apost. T. I. p. 131.* siue obseruati-  
one XXI. ad *Constit. Apost. l. V.*

8) Docuerunt hoc ROD. HOSPINI-  
ANVS.



Saturnalium diebus exaequato omnium iure, domini seruos magnifice ac comiter excipiebant, seruis interim libere atque impune fabulantibus, et iocosa dicta in dominos iactantibus. 1) Quem eundem morem in uigiliis natiuitatis Christi apud Anglos suos obtinere, testatur POLYDORVS VERGILIUS. 2) Ingeniosa est CASP. CALVOERH in eam consuetudinem ueterum Christianorum meditatio, eorum in hac re consilium exponentis. 3) Similem plane morem narrat WILH. DVRANDVS 4) in monasteriis die *natali Christi* obtinere, quippe maioris ordinis Clericis et Praelatis cum minoribus Clericis ad ludum pilae, dignitatis discrimine sub-  
lato, descendentibus.

Prae-

ANVS Opp. T. II. l. II. p. 171. citr. WILDVOGEL Chronosop. lg. Exercit. VI. de eo quod iustum est circa festum natiuitatis I. C. p. 307. et IOH. PRAETORIVS lib. 1663. Liptiae foras dato *Weynachesfratzen*. ALOYSIVS NOWARINVS *sebediasin*. sac. prof. l. V. c. 1.

1) Id ex ATHENAEO l. XIII. inprimis, ex MACROBIO, constat, qui l. I. c. VII. pag. 193. edit. Paris. ubi de Graecorum Saturnalibus loquitur, hos L. ACCII ex eius Annalibus recitat uersus:

*Exercant epulis laeti, famulosque procurrant  
Quisque suos, nostrisque itidem, et mos traditus  
illinc.*

2) De *Rev. inuentor*. l. V. c. 2. p. 333. tradit, unde ortus sit mos die Natali Christi regem creandi ex domesticis. *Est et illud, ab iisdem, nimirum a Romanis gentilibus, ad posteros profectum, quam ob rem per dominica natalitia nostri ministri potestatem in domos habeant, atque unus eorum dominus creetur, cui cuncti domestici simul lascini et hilares, pareant una cum ipsis dominis, b. e. patribus familias. Siquidem hanc libertatem serui apud Romanos, uti in Iustini Epitome est, Saturnalibus habebant.*

3) Ritual. Eccl. P. II. p. 266. *Quidni pia antiquitas, pro more illo recepto, sollemnitates has gentiles christiano habitu, atque id, quo gentilitas ad Christum pertaberetur, fideles uero a pagana lascinia ad Christianis dignam laetiam ducerentur, induerit, traducendo eas in celebritatem inuenis et pueri nobis nati, nobis dari, cuius uomen Mirabilis, Fortis, Aeternus Pater, formam serui tamen induens, nobisque ministrans, Et V IIII. 6. Phil. II. 7. Quae uerba repetens HAMBERGERVS V. Cl. cit. disp. hoc amplius scribit: Addi potest, quod regni Saturnini tempora felicissima seruntur, quum propter rerum copiam, tum etiam, quod nondum quisquam seruitio uel libertate discriminabatur. MACROBIUS l. 7. Ita cum Christo faustum, tempus illuxit, ipse nos seruos a peccari iugo liberauit, sumus Christiani, membra unius corporis, omnes eiusdem honoris, eiusdem felicitatis participes.*

4) Ration. diu. offic. l. VI. c. 86. p. 372. *In quibusdam locis die natali I. C. in alicuius Praelari cum suis clericis ludunt, uel in claustris, uel domibus episcopalibus, ita ut etiam descendant ad ludum pilae, uel etiam ad choreas et cantus. quod uocatur liber-*

tas



Praecipua celebritatis Saturnalium pars, epulis absoluebatur, quibus non serui tantum a dominis, uerum etiam amici atque familiares mutuo excipiebantur, quos mutitare, h. e. mutuas inter se coenas agitare dicebant. 1) Id antiquitus die festo *natiuitatis Christi* apud Christianos obtinuisse, ex adhortatione GREGORII NAZIANZENI intelligitur, 2) serio monentis auditores suos, ne fores conorent, ne compita uiarum exornent, ne choros instaurant, ne comissionibus et ebrietatibus se tradant. Quae omnia, qui uetare potuisset GREGORIVS, nisi diem natalem Domini, tanquam diem Saturnalium a Christianis agi et ludicrum haberi uidisset? Nam ista quidem omnia, diebus saturnalibus, apud gentiles moris fuerunt. Sed grauis ista admonitio GREGORII de Natali Christi non Saturnalium more celebrando, parum efficit apud Constantinopolitanos, quos saeculo adhuc P. C. N. X eiusmodi luxum et conuiuia, profanam Saturnalium consuetudinem redo-

zas decembrica, quia antiquitus consuetudo fuit apud gentiles, quod serui eo tempore libertate fruerentur, et cum dominis suis dominarentur, et cum eis facerent festa et conuiuia.

## 1) MACROBIUS c. 1.

2) Orat. XXXVIII. in Theophaniam siue natalem Christi p. 614. edit. Coloni. Τοιγαροῦν ἐορτάζομεν, μὴ πανηγυρικῶς, ἀλλὰ θεϊκῶς μὴ κοσμικῶς, ἀλλ' ὑπερκοσμικῶς. Μὴ τὰ ὑμῖν τετρα, ἀλλὰ τὰ τοῦ ὑμῖν τετρα, μᾶλλον δὲ τὰ τοῦ δισπότου μὴ τὰ τῆς ἀδελφείας, ἀλλὰ τὰ τῆς ἰατρείας μὴ τὰ τῆς πλάσεως, ἀλλὰ τὰ τῆς ἀναπλάσεως. Ἔσται δὲ τοῦτο πᾶς, μὴ πρόβουρα σιφανώσωμεν, μὴ χοροῦς συνησωμεῖθα, μὴ κοσιμάσωμεν ἀγνίας, μὴ ὀφθαλμῶν ἐστιασώμεν, μὴ ἀκοῆν καταυλῶσωμεν, μὴ ἑσφρησὼν ἐκθυλῶσωμεν, μὴ γυῖσιν καταπορεύσωμεν, μὴ ἀφῆ χάρισωμεῖθα ταῖς προχείροις εἰς κακίαν ὁδοῖς, καὶ εἰσὸδοῖς τῆς ἀμεμαρτίας μὴ ἐσθῆτι μαλακισθῶμεν, ἀπαλλῆτε καὶ περιβρίση, καὶ ἡς τὸ κάλλιστον ἀρχηστία μὴ λίδων διαγωγείας, μὴ χρυσοῦ περιλάμψαι, μὴ χρωμάτων σοφισμοῖσι, ψευδομα-

των τὸ φυσικὸν κάλλος, καὶ κατὰ τῆς εἰκότος ἐξευρημαίων μὴ κόμοις καὶ μεθαις, οἷς κοίτας καὶ ἀσπληγείας οἶδα συνζυγίμας ἰπαιδῶν κακῶν διδασκάλων κακὰ τὰ μαθηματὰ μᾶλλον δὲ τεινῶν σπριμάτων ποιητῶν τὰ γεωργία μὴ σιβάδας ὑψηλὰς πηρωμεῖτα σκηνοποιούντες τῇ γαστρὶ τὰ τῆς θεούψιας μὴ τιμήσωμεν οἶων τοῦ ἀποδομίας, ὁψοποιῶν μαγανείας, μέρον πολυτελείας. - Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἔχουσι παρῶμεν, καὶ ἰλλητικοῖς κόμοις καὶ πανηγυρίσιν. Οἱ καὶ θεοῦ ὀνομαζοῦσι κίσσαις χαίροντας, καὶ ἀκολούθως τὸ θεῖον τῇ γαστρὶ θεραπύουσι ποτηροῖ ποτηρῶν δαιμόνων καὶ πλάσας, καὶ μευσαγωγῶν, καὶ μέσας τυγχάνοντες ἡμεῖς δὲ, οἷς λόγος τὸ προσκυνούμενον, καὶ τὴν δὴν τρυφῶν, ἐν λόγῳ τρυφῶμεν, καὶ θεῖον νόμον καὶ δινημάσι τοῖς τε ἄλλοις καὶ ἐξ ἡν ἡ παρῶσα πανηγυρίς. Ita intelligitur Constantinopolitanos in feriis *Natalis Christi*, spectacula, choros, comissiones, comotationes, muliebrem ornatum, et omne luxus genus, quod in *Saturnalibus* ueterum regnabat, amasse.

E



redolentia amasse, ex LVITPRANDO 1) cognoscimus. Neque hodie nostri homines tempus Natiuitatis Christi alio transigunt, quam eo more, quem apud suos notat ac reprehendit NAZIANZENSIS. 2) Sed haec a gentilibus tradita seruat ecclesia. Conuiuia et ipsa celebrat, quo inprimis pertinet publica illa et sollemnissis compositio, quam Romani Pontifices ipso Natalis Christi die, uel in eius uesperis, celebrare solent, ab AVGVSTINO PATRICIO PICOLOMINAEO 3) memorata.

Celebrata sunt Saturnalia non tantum conuiujs, sed etiam ludis, qui simili ratione in Natalitia Iesu Christi sunt translati. Est enim in quibusdam Germaniae prouincijs inueteratus mos, ut, in uigillijs natiuitatis dominicae, homines quidam laruari, nescio, quem sanctum Christum, mendaci specie referentes, per uias ob-

errent,

1) *Hist. L. VI. c. III. ait: Est Constantinopoli domus, quae Decaennea cubira uocatur, quia ibi XVIII. mensae in ea, quae secundum carnem est, Domini nostri Iesu Christi natiuitate, apponuntur, in quibus imperator et conuiuiae recubendo epulantur.* Addit, tunc non argenteis, sed aureis uasis ministrari: memorat etiam ludos in hac natiuitate Domini habitos, et unum ob admirationem describit. cap. III. p. 152. Tomi *Scriptor. rer. Germ. REYBER. I. U. IOH. IAC. RHODE* Diss. de Conuiujs natalitijs Regiom. 1716. p. 19.

2) Improbatur hoc et indignatur C. WILDVOGEL c. l. Sect. 8. II. de eo quod iustum est c. fest. natiuit. I. C.

3) Perraro in libro suo *sacrarum ceremoniarum Rom. Eccl.* quem CHRISTO MARCELLVS edidit, sed ob publicata ibidem aulae pontificiae arcana, quae factis demonstrant, nihil humani a Tiberino praefide alienum esse, non magnam apud suos gratiam inuit. L. II. p. 119. edit. Venet. in fol.

4) Venire hunc ritum a Saturnalibus

ethnicorum, putat IOACH. HILDEBRANDVS, de Natal. uer. fac. et prof. c. XII. Sunt hi lusus, haec laruae natalitiae, quando alij, partim facie foedi, partim iuuenili forma conspiciunt, partim ueneranda canitie graues, Christum, apostolos, angelos, diabolos, specie praefereutes, indomita lasciuia comitante nequissimorum puerorum colluue, nescio quas processiones faciunt, splendida pompa et ueneratione ad fallendos pueros puellaeque aedes intrant, eisdemque donaria distribunt; haec, inquam, laruae factis ineptae sunt, publicis edictis, aliquibus in locis prohibita, etiam in *Iure Canon. c. XII. Extraug. Tit. I.* uide I. A. SCHMIDII *Hist. festor.* p. 48. Calamum contra hos ludos strinxerunt GE. GRAEOW in *der Entdeckung des Werks der Finsternis, welches unter dem sogenannten heil. Christ verbergen* Lips. 1683. IOH. GABR. DRECHSLER, de *Christianor. laruis natalit.* ibid. 1677. Viderunt enim, per eiusmodi ceremoniam crassos et impios de Deo conceptus cereae pufionum indoli imprimi, eorumque animis instillari uenenum idololatiae. Has res, ethnicismum



errent, pueris metum incutiant, et pietatis larua, comicos, fanaticos, immo flagitiosos etiam, lusus exerceant, quos pontificia ecclesia ab istis gentiliū *Saturnalibus* acceptos, ad nos transmisit. 4) Nec desunt eo tempore in coetu pontificio *comœdiæ natalitiæ*, ubi infantulus Iesus, mater eius, Iosephus, magi, pastores, spectandi exhibentur. Maximeque in monasteriis conseruati sunt eiusmodi ludi scenici, agentibus pueris ac monachis per hos dies fabulas, quibus memoriam natiuitatis Christi, indigna tanto mysterio ratione, instaurant. 5)

Qui puerorum lusus ortum traxerunt ex *Iuuenalibus* 6) ueterum, quæ pagana Roma, primo die post *Natalem inuicti*, finitis *Saturnalibus* celebrabat. Eisdem ritus obtinuisse quondam *Festo S. S. Puerorum*, seu *Innocentum*, finitis feriis Natalis Christi, in multis

num imitari intelligent, qui meminerint, uiguisse apud Gentiles opinionem, deos humana specie se quandoque hominibus exhibere, quales *επιφανείας* Lycaoniae populi crediderunt Act. XIII. 12. Ad has laruas natalitias, pertinet quoque, terribilis ille *Rupertus*, ad coercendos pueros puellasque excogitatus, apud quos is tantum uisus, quantum olim apud Romanos Hannibal. Quem ritum hac occasione, dicam, natum uideri, non ex fabula, de Ruperto, sacerdote in tractu Halberstad. saltantes nocte natalitia, diris deuonente, quam TRITHEMIVS *Chron. Hirsang.* T. I. pag. 157. et CRANZIUS in *Saxon.* l. III. c. III. habent: sed ex spirituum quodam genere, *στρογγύας* dicto, quod *Rupertus* ille repræsentat, quem dicunt, in caucis domesticis, hominem ueluti nigerrimi coloris, noctu sæpe, raro interdum, adparere. uide LEON. ALLATIUM *de Græcor. Opinari.* l. XX. 200. CAR. FRID. PEZOLDVS *diff. de Sancti, ut uocant, Christi laruis et munusculis* Lips. 1699. recenset, quæ meticulosi et innocentes pueri ex horrendo Ruperti adpectu, et ad faciem suam rapru, passi sunt.

5) Habent eiusmodi repræsentationes

multa sæpe, quæ plane falsa et erronea sunt. Ut, uerbi causa, ne quid desit ineptiarum, tanto autem splendidior atque elegantior eiusmodi celebritas, asinus et bos, rudore et boatu actui applaudere iubentur. Sed uana est, hæc brutinae præsentia, in natiuitate Christi traditio, quam defendens CAES. BARONIUS *Annal. Eccl.* P. I. 3. a CASAVBONO *Exercit. II.* p. 123. iure ideo est reprehensus. Nata est, ex corrupta translatione LXX uirasiloci HEBÆ. III. u. 2. *in medio annorum unificas eum* quod, *ἐν μέσσω δύο ἑτάων ἡνωσθήσων* reddiderunt, quam corruptionem deinceps Pontificii, ex absurde parallelo ESALÆ I. 3. et cantilenæ uerbis: *laudauit bos et asinus*, confirmare studuerunt Falso etiam locus, in quo Iesus a magis adoratus fuit, *stabulum* fingitur, quum tamen magi dicantur intrasse *eis τὴν οἰκίαν* MATTH. II. II. uid. PAUL. CHR. HILSCHER: *Errores pictorum circa natiuitatem Christi* Lips. 1689.

6) *Iuuenalia*, pro salute iuuenum celebrata, instituit Caligula Imp. quem SYETONIVS narrat, adieciisse *Saturnalibus* diem, eumque *iuuenalem* adpellasse. De  
E 2 scribit



multis occidentis ecclesiis, et hodieque obtinere in Lugdunensi, prodidit EDMUNDVS MARTENE. 1) Celebrabatur illud festum a pueris, qui praecipuam partem in diuinis officiis habebant, occupantibus illis superiores in choro sedes, et episcopellum quendam creantibus, qui uestibus, quasi pontificalibus indutus, ludibrio benedictiones faciebat, reliquis in templo laruales et theatrales iocos facientibus. 2)

Per Saturnalium dies, *munuscula* alteri ab altero mitti solita ex SVETONIO 3) et MARTIALE 4) discimus. Similiter sub tempus natiuitatis Christi ultro citroque mittuntur hodie *munera sancti Christi pueruli* nomine, ut loquuntur. Praecipue a parentibus parui liberi expectant, in ipsis Vigiliis Nataliorum, uaria dona, eius-

scribit ea ALEXANDER AB ALEXANDRO *Genial. diar.* l. VI. c. XVIII.

1) *Antiq. Eccl. Rit.* T. III. pag. 110. edit in fol. Paritcy IOH. FRANC. BERNH. MARIA de RVBEIS, qui dissert. II. Venetiis 1754. in 4. edidit, quarum prima de *Rufino*, altera de *ueteris liturgicis aliisque sacris ritibus, qui uigebant olim in aliquibus Foroioiulensis prouinciae ecclesiis*, agit, in hac secunda *diff.* pag. 295. 299. uarias *rubricas* exhibet, de electione episcopi pueri, fatui, innocentum. Ait quidem: *simplices, pueriles, parumque serios maiorum nostrorum mores, illustrare non pigeat; sed rectius fecisset, si se ab eiusmodi illustratione abstinuisset, quae infaniam, ludibria dignitatis episcopalis, absurda tripudia, crimina denique, impune in templo perpetrata, ad posteros transmittit.* Vocabatur illud festum Stultorum, Fatuorum, Innocentum, Hypodiaco-norum. uide *Memoires pour seruir a l'histoire de la fete des foux, qui se faisoit au-re fois dans plusieurs Eglises.* Par Mr. du TILLIOT a Lausanne et Geneve 1741. in 4. Adpellabatur haec festa communi uocabulo *Decembria*, ipsa autem infania, *libertas Decembria.* Describit eiusmodi festum stultorum ex quadam PETRI BLESSENSIS *epistola FRIDER. NITSCH-*

vs Cancellarius Acad. Gieff. fratrum cui meci natu maior, T. III. *Epbemerid. Exu-dit.* VIII. confer du FRESNE *Glossar. med. et inf. larinur.* uocab. *Kalendae.*

2) Quia suborta sunt ex eiusmodi in templo lusibus in diebus Natiuit. Dom. da-mna et caedes, recte uetuit eos Con-cilium Basileense. de qua re IACQUES LENFANT, *Histoire du Conc. de Basle* T. II. liv. XVIII. p. 39. ad an. 1435. *Dans la Session XXI ou fit un Decret contre certains spectacles, qui se doi-noient dans les Eglises pendant quelques Feres, sous le nom de Feres des Foux. Je rap-porterai la chose dans les fermes du conti-nuateur de l' Abbé Fleury.* „Les specta-cles, dit-il, se faisoient en certaines Fé-tes, où l'on habilloit des Enfants en Evê-ques avec la Mire, la Crosse, et les ba-bits Pontificaux. D' autres etoient ha-billes en Rois, et c' est ce que le Concile dit qu'on appelloit la Fete des Foux, ou des Innocens. On y parle aussi des dan-ses, et de mascarades d' hommes et de femmes, que le Concile defend aux Ordi-naires, aux Doyens, Recteurs, et Cures de souffrir, sous peine d' être privés de leur revenu pendant trois mois. On ap-prend du P. Pagi que sur la fin du XII. siecle



eiusdem Christi nomine, quem per tegulas atque fenestras clausas, curru onusto ingredi, narrantibus credunt. 5) Ea causa est, cur per istos dies instituantur *mercatus*, qui quidem uideri possunt referre speciem *Sigillariorum*, 6) quae apud gentiles Romanos pars Saturnaliorum fuerunt. Cernimus enim in Vigiliis Natiuitatis Christi uenum exposita sigillaria, siue parua signa et simulacra, ex aere et fictili materia constata, non secus atque olim in uico Romae, qui Sigillarium uocabatur, talia uenalia erant, quum parentes *lusum*, ut ait MACROBIUS, 7) *reptanti adhuc infantiae, oscillis fictilibus, praebebant*. Nec ipse adeo Pontifex Romanus, eo tempore cessat, muneribus prosequi suos, peragens in nocte Natiuitatis Christi benedictionem gladii et pilei, quae tanquam munera ad uiros principes, de ecclesia pontificia bene meritos, honoris ac beneuolentiae causa, mittere consuevit.

Neque tamen contenderim *superstitiones*, quas multi adhuc in Vigiliis Natiuitatis Christi exercent, omnes et singulas ex Saturnalibus

*siècle, Odon Eveque de Paris, par Ordre de Pierre Cardinal de Capoue Legat en France, avoit defendu ces sortes des jeux, et que la Pragmatique Sanction avoit confirmè la dèfense du Concile de Basle à cet ègard. Cependant ce même Auteur nous apprend qu'on faisoit encore la fêre des Foux en quelques endroits de France, sous pretexte que la Pragmatique Sanction avoit été abolie. Cette Fêre durait encore à Rheims en 1509.*

3) In Augusto CLXXV. de hoc imperatore scriptum reliquit hoc: Saturnalibus modo munera diuidebat, uestem, et aurum, et argentum, modo numos omnis notae, etiam ueteres regios ac peregrinos, interdum nihil, praeter cilicia, et spongas, et rutabula, et forcipes, atque alia id generis, titulis obscuris et ambiguis. IDEM etiam Vespasianum memorat, Saturnalibus Apophoreta dedisse.

4) L. V. Epigr. XVIII. p. 198. edit. Amst. in usum. Delph. in 8.

Quod tibi Decembri mense, quo uolant mappae

*Gracilesque ligulae, cereique, chartaeque Et acuta scribis resta cum Damascenis, Praeter libellos uerulus nihil nisi etc.*

Haec munuscula TERTULLIANVS, saturnalia uocat; HIERONYMVS autem Saturnalium sportulam.

5) Quomodo haec aduersentur praecipis diuinis, quia tribuunt Christo, quae eius persona plane indigna sunt, et, quomodo iniquos de Deo conceptus pueris creent, docuit PEZOLDVS dicitur in MATTH. DRESSERVS de festis christian. p. 312. ethnicam autem originem ROD. HOSPINIANVS T. II. p. 171. ostendit.

6) Sigillaria, a paruis sigillis, seu genere muneris, quod plerumque ex fictili materia. Hinc MARTIALIS XIII. 178. *Sum fragilis, sed tu moueo ne sperne sigillum.* eodem autem l. XIII. p. 591. cit. editionis Epigr. in *sigillum Giberii fictile*, dicit: Prometheum eburum luro Saturnalio lussisse.

7) Saturnal. l. I. c. XI. pag. 202.

E 3



nalibus ueterum deriuandas esse. Nam, quod uulgo homines, nescio, quae abominanda omina, de futuris nuptiis, et itatu ac conditione sua, tum corporis, tum fortunae, uanissimis et scelestissimis artibus capiunt, in eo mihi et ipse residuam, ueterum Germaniae populorum, superstitionem 1) uideo deprehendere. Huiusmodi supersticiosas sortes, iam suo tempore notauit, DISCIPVLVS AVGVSTINI. 2) Nata est his rebus occasio duplici ex causa, tum, quod ueteres solstitium brumale in diem XXV. Dec. fixerunt, adeoque istam noctem singulari obseruandam cura duxerunt, 3) tum etiam, quod antiquo uigiliarum ritu abrogato, *peruigilium Natiuitatis Christi* solum retentum fuit. 4)

Deni-

1) Similia apud Gothos obtinuerunt. uid. IOH. LVDV. HANNEMANN diss. de *superstitione ueter. Gotborum* Kil. 1706. p. 26.

2) Serm. XI. de tempore. *Sunt, qui debent esse contristati, quod istam noctem in ludo consumserunt, qui in crapula et ebrietate uixerunt, qui infidelibus suis sortilegiis, et in caeteris incredulitatibus suis, tempus illud sacratissimum consumunt, qui in his XII. noctibus uanitates exercent, qui cumulos salis ponunt, per hoc futura, praenosficant, qui calceos per caput iactant, qui arbores cingunt, qui cum micis et fragmentis, quae tolluntur de mensa, in uigilia natiuitatis Christi, sua sortilegia exercent. Omnes tales merito, sicut noctuae, excoecari et maledicti incedunt hodie in tam clara huius diei luce. Multo magis autem arguendi sunt, qui nocte hac salutis, ad execrandas magicas artes abutuntur, diaboli implorantes opem, eoque auctore illicita perpetrantes opera, per inuisum necessitatis, quo ab omni armorum iniuria tutos se esse credunt, quale se uidisse scribit WIERIVS de Praestig. daemon. l. IIII. c. XV.*

3) Vide pag. 22.

4) Id obseruatum a BENEDICTO XIIII. Commentar. de festis Iesu Chr. pag. 246. lat. uersion. Postquam enim

Vigiliae, ob scelera, quae sub obtentu orationis committebantur, abrogatae fuerant, substitutis in earum locum ieiuniis, unum mansit Peruigilium Natiuit. Christi, in quo antiquus mos seruatus est; sed quia nox sceleri solet esse occasio, non est, quod IOH. STEPH. DVREANTVS optet, uigilias uniuersim instaurari de ritibus eccl. carb. l. III. pag. 451. edit. Paris. in 4.

5) Orat. in diem natalem Christi T. III. Opp. pag. 340. edit. Paris. 1638. ubi de die nati Christi dicit, non casu in die fieri, ut splendore dierum aucto, noctis termini contrahantur. *Εν ἡ μετῴδα τὸ σκότος ἀρχεται, καὶ τὰ τῆς νυκτὸς μέτρα τῶ πλεονάζοντι τῆς ἀπῆλθῆσθαι πρὸς τὴ κλειψῆν, οὐ συντυχικῆ τις, ἀδελφοί, γέγονε κατὰ τὸ αὐτομάτου ἢ τοιαύτη περὶ τὴν ἐσθ. τὴν οἰκονομίαν, τὸ νῦν ἐπιφαιήσθαι τῆ ἀνθρώπι- νῆ ζωῆ τὴν θείαν ζωὴν. Ἀλλὰ τὴ κοινήσειον διὰ τῶν φανομένων τοῖς διορατικωτέροις διηγή- εται ἡ κῆσις: μονοουχί φωνῆν ἀφῆλθῆσθαι καὶ διδάσκουσα τὸν ἀκούειν δυναμένη, τὴ βούλεται ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ δεσποτοῦ ἡμεῖς προσαι- ξουμένην, καὶ νῦν καταβομένην.*

6) Cathemer. Hymn. XI.

*Quid est quod artem circumus  
Sol iam decurrens deseruit  
Christusne terris nascitur  
Qui lucis auget iramire?*



Denique crebrae Patrum ecclesiae *allusiones ad solem novum et enascentem*, eorumque comparationes natiuitatis Christi cum reditu solis, planum faciunt et euident, *Natalem inuicti festo Natalis Christi ad diem XXV. ortum et incunabula dedisse*. Nam alii ex iis natiuitatem Christi cum sole enascente contendunt, ut GREGORIUS NYSENSIS, 5) PRUDENTIVS, 6) AVCTOR *Homiliae*, quae AMBROSIO tribuitur 7) et AVGVSTINVS, 8) alii grauius admonent et cohortantur suos, ne eo die, qui Christo nato sacer habeatur, cultum aut honorem soli exhibeant, sed unice in Christum mentis et oculorum aciem intendant, qui soli quoque imperare didicerit. Habentur eiusmodi loca apud LEONEM M. P. R. 9)

er

7) Serm. X. de Natiuit. Dom. ab initio. Append. T. II. edit. Opp. AMBROSII Benedicth. Bene quodammodo sanctum hunc diem Natalis Domini, solem novum, vulgus appellat, et tanta sui auctoritate confirmat, ut Iudaei etiam atque Gentiles, in hanc vocem consentiant. Quod libenter amplectendum nobis est, quia orire Saluatore, non solum humani generis salus, sed etiam solis ipsius claritas innovatur. Ita intelligitur, natalem inuicti siue XXV. Dec. orta iam doctrinae salutaris luce, non solum, quod Natalis Christi existimaretur, sed etiam ob solem enascentem, in magna fuisse dignitate.

8) Serm. CLXXXII. T. V. p. 625. Atque inde est, quod hodie natus est, quo die, miris dies nullus, in terris, a quo tamen incrementa dies simunt, et Serm. CLXXXVI. eiusdem Tomi p. 616. Nam et ipse dies, a quo deinceps incrementum lucis accipit dies, opus Christi significat, a quo interior homo noster renouatur de die in diem, aeterno quippe creatori, in tempore creato ille dies debuit esse natalis, cui natura congrueret temporalis.

9) Serm. II. de Natiuit. Dom. p. 15. edit. Lugd. 1617. THEOPH. RAINAUDI Hept. praef. Christ. In fide, qua fundati estis, permanete, ne idem ille renuator, cuius iam a vobis dominationem Christus ex-

cluit, aliquibus nos iterum seducat insidius, et haec ipsa praesentis diei gaudia sine fallaciae arte corrumpat, illudens simplicibus animis de quorundam persuasione pestifera, quibus dies solemnitate nostrae, non tam de natiuitate Christi, quam de nouo, ut dicunt solis ortu, honorabilis videtur. Reprehendit quoque LEO morem adorandi solem die natiuit. Serm. VII. I. C. Opp. p. 19. memoratque impietatem, qua sol inchoatione diurnae lucis exurgens, a quibusdam insipientioribus, Manichaeos intelligit quibus, tum ipse, tum AVGVSTINVS I. II. de mor. Manich. T. I. Opp. solis cultum exprobrauit, in basilica Petri superaris gradibus, quibus ad suggestum arae ascenditur, ad nascentem se solem reflectent, et curuatis cervicibus inclinent. Quod fieri parum ignorantiae vitio, partim paganitatis spiritu, dolet. TOH. CIAMPINVS, qui Commentar de uocis correctione in Serm. VII. Leonis 1693. Romae edidit, pro ara legi debere arca obseruat, et fideles, antequam Vaticanam basilicam ingrederentur, nascentem solem adorasse, idque in festo Natiuitatis I. C. praecipue fecisse narrat. Quem solis cultum, ex Manichaeismo LEONIS temporibus fluentem, ad eius l. I. pluribus persequitur IOH. BAPT. CASALIUS de vet. sac. christ. rit.

pag.



et AVGVSTINVM I) magno sane argumento, in locum NATALIS INVICTI, NATALEM CHRISTI successisse.

Cuius diei, quisquis ille sit, et quicquid ei ortum et incunabula dederit, quum per saeculorum fere dodecadem, summa inter Christianos fuerit religio, ea temere non est fastidienda, aut mutanda. 2) Recolimus enim illo ipso die memoriam ἀμολογεμένους μεγάλα τῆ τῆς εὐσεβείας μυστησία, ἐν ᾧ ἐφάνη ὁ Θεὸς ἀνθρώπου δια γενήσεως, nulli saeculo reticendam. Celebramus Natalem inuicti iustitiae Solis, quo orta nobis est iustitia et pacis abundantia. 3) Quod igitur sacri sollempnis postulat religio, agite, CIVES OPTIMI, nobiscum ad aram accedite, et datis ibidem ad eos, qui sacris in urbe operantur, natalitiis sportulis, solem iustitiae, Christum, hodie Bethlehemi exortum, adorete, pacis principi δεανθεώσω demisse humiliterque supplicantes, respiciat perculenter patriam, bello attritam, sigillatimque gratiae suae radios ad Academiam demittat, ob mala, quae perferentiscit, exsanguem et macilentam, atque inter luctus publici signa, deformem, ut reddita, quam solus dare potest, pace, soles melius nitescant Leucoreae, eidemque succus, sanguis, spiritus perauspicato redeant, nosque omnes in hoc diuinæ opis praesidio laeti adquiescamus. P. P. in Acad. Vireberg. ipsis Vigilii Natiuit. Dom. An. Dionysf. MD CC LVII.

pag. 25. edit. Rom. in fol. uide IOACH. HILDEBRANDI Rituale Orant. p. 7. IAC. THOMASII diss. de ritu uet. christianor. praedandi uersus orientem. it. IOH. FR. TREIBERI disp. de situ altarium nostrorum uersus orientem, lenae hab.

1) Serm. VII. in Nar. Dom. T. V. p. 620. edit. Benediçt: Habeamus ergo, fratres, sollempnem istum diem, non, sicut infideles propter hanc solem, sed propter eum, qui fecit hunc solem. Quod enim Verbum erat, caro factum est, ut propter nos posset esse sub sole. Carne quippe sub sole, manere autem super uniuersum mundum, in quo condidit solem. Nunc uero et carne super istum solem, quem pro Deo colunt, qui mente caeci uerum iustitiae non uident solem. Cum quo loco omnino conferri de-


bet is, quam ex antiqua Homilia de Natiuit. Iohannis Baptistae, quae CHRYSOSTOMO in quibusdam eius edit. tribuitur, iam pag. 18. excitauius.

2) Ideo nullam, a peruetusto d. XXV. Dec. more, faciendum secessionem esse, grauitur monent Tb. Irigius et b. Pater meus dissertt. pag. 11. a me excitatis.

3) Ita dies Christi describit AMBROSIVS in Psalm XXXXIII. T. III. Opp. p. 548. quod exorta sit fides, quae splendidiorem suae claritatis et luminis toto orbe diffudit. Nam, est Christus non tantum ipse iustus per omnia, in cuius ore non est inuenta iniquitas, uerum etiam nostra factus est iustitia, eaque potissimum imputata, omnis alius iustitiae internae et inhaerentis causa et fundamentum.







Farbkarte #13

B.I.G.

R.K.  
417  
2.

*Ein. Jnder. Wernsdorffii*

Πi  
2609

RECTOR  
 VNIVERSITATIS VITEMBERGENSIS  
 DANIEL  
 WILHELM  
 TRILLER  
 PHIL. AC MEDICINAE DOCTOR  
 ET PROFESSOR PVBL. PRIMARIVS  
 SERENISSIMI AC POTENTISSIMI POLONIARVM  
 REGIS PRINC. ELECT. SAX. CONSILIARIVS  
 AVLICVS ACADEMIAE SCIENT. BONONIENSIS  
 SODALIS  
 CIVIBVS ACADEMICIS  
 S. P. D.  
 ET  
 AD SACRA IESV CHRISTI NATALITIA  
 PIE CELEBRANDA  
 INVITAT

